

IV

SATURNALIA CRUENTA

Index personarum:

C. Tiburtius Dexter: iuuenis clarissimus qui casus soluit.

Stolo: Dextri umbra qui casus scribit.

Ser. Metilius Balbinus: uicinus Tusculanus Dextri.

Iunia Secunda: formosissima uxor Balbini.

M. Metilius Cæcilianus: adulescens filius Balbini.

Procne: liberta Balbini et pellex Cæciliani.

P. Sulpicius Taurus: centurio cohortis Tusculanæ.

T. Galerius Victor: duumuir Tusculanus.

Pompeia Nigella : uxor Victoris duumuii.

Dinocrates: sacerdos Isis.

L. Hirtius Messalinus: tribunus legionis II Parthicæ.

D. Simonius Proculus Iulianus: præfectus Urbis et huius casus iudex.

P. Aurelius Decimus: famosus actor qui actionem in P. Sulpicium Taurum intendit.

IV

Sanglantes Saturnales.

Liste des personnages :

C. Tiburtius Dexter: jeune aristocrate qui résoud des énigmes.

Stolo: l'ombre de Dexter auteur des Mémoires.

Ser. Metilius Balbinus: voisin de Dexter à Tusculum.

Iunia Secunda: superbe épouse de Balbinus.

M. Metilius Cæcilianus: jeune fils de Balbinus.

Procne: affranchie de Balbinus et maîtresse de Cæcilianus.

P. Sulpicius Taurus: centurion de la cohorte Tusculana

T. Galerius Victor: duovir de Tusculum.

Pompeia Nigella : épouse du duovir Victor.

Dinocrates: prêtre d'Isis.

L. Hirtius Messalinus: tribun de la légion II Parthica.

D. Simonius Proculus Iulianus: préfet de la Ville et juge.

P. Aurelius Decimus: célèbre avocat qui tente l'action contre P. Sulpicius Taurus.

Dominus in mente habuit nos Saturnalia in Tusculano acturos esse, quos festos dies anni exeuntis Saturno sacros ægre ferebat, quia seuera et sedata et prudenti indole præditus erat. Quamquam hilaritate et salibus plerumque non obturbabatur, licentiam tamen horum trium festorum dierum uerebatur in quibus seruo, inter alias, domino molestum esse licebat. Reliquit igitur domum Viminalem seruitio eiusque uoluptatibus, quo libentius in tranquillum Tusculanum se reciperet, quod utriusque parti proderat. C. Dexter uero me uoluit se in recessum sequi, puero Erote et formosissima Myrrina comitantibus.

Paulo ultra oppidum Tusculum domini uilla locabatur et prædium usque ad imum montem Albanum se pandebat. Campi longinquoies frumentum et uites alebant et etiam pabulationi parabantur, propiores autem C. Dexter sollertibus et ingeniosis hortocolis topiariisque tradiderat. Etenim mirifico horto circumdabatur uilla, in quo platani et fagi et fraxini et pini et salices et quercus modulate congruebant, quarum elegantes compositiones marmorea signa et labra opacabant. Sed tristis asperaque hiems et orbæ fronde arbores solitudinem in aspectum proferebant, cum uer, æstas, multicoloris autumnusque uarie eas pingerent.

Ampla domus erat quæ ex oecis fere quadraginta constabat, sed uetera communia, quorum C. Dexter meridionalem introitum structura obstiterat, quæ primi domini, Sulla dictatore, habitauerant, noniam prono ad commoda ei decebant et præsertim pro cellis penariis et familiaricis erant, faucibusque uetus atrium ad hortum peristyli porticibus quattuor clausum coniungebatur.

A paterno auo, C. Tiburtio Læto, ala recentior ædificata secundum partem occidentalem ueteris domus fluebat et porticum occidentalem horti spectabat et largis fenestris a meridie ad septentrionem se extendebat, cuius oecos, qui ambulationes arboribus statuisque ornatas spectabant, post meridiem ad uesperum sol illustrabat. Ima autem ala sol occidens in balneis solisque micabat.

Ex aduerso huius alæ, C. Dexter contra orientalem peristyli porticum seriem uastorum oecorum struendam curauit circum nouum et etiam spatiosius atrium cuius exteriorem et orientem per frontem cum gradibus ad conclauia ibatur, atque eæ cellæ artificibus Numidis et Poenicis ornatae erant qui omnium optime exoticas uenationes in lithostrotis faciebant et in parietibus deorum fabulas encausto pingebant.

Libertus Hierocles omnes possessiones, et prædium et uillam, uilicabat et, cum has Saturnalium dies in Tusculano suo commoraretur, Dextro rationes conficere et certior fieri de uariis sementis et messis uicissitudinibus licebat, nam maxima uectigalis pars prædio gignebatur, quod non tantum amoenitatis locus erat.

Ego uero, quamquam Tusculum uerno et æstate adire et loci uenustatem, purum ærem undansque rus me iuuabat, parum, confiteor, lætabar me hic Saturnalium dies tres agere. Dominum autem lætitiæ et licentiæ eorum festorum dierum tantum pigebat ut mallet nos tali anni tempore et in hoc loco remoto clausos esse et procul a Romæ, Urbis æternæ, commodis retractos. Ad summam, serui domino imperabant, quoniam ille rus plus minusue uolens exsulatum abibat.

Mon maître avait décidé que nous passerions les Saturnales dans sa propriété de Tusculum. Ces fêtes de fin d'année célébrées en l'honneur du dieu Saturne, contrariaient le caractère sérieux, posé et réfléchi de Tiburce Dexter. Et si généralement il n'était pas troublé par l'humour ou la gaieté, il redoutait la licence de ces trois jours de fête, pendant lesquels les esclaves avaient, entre autres libertés, le droit d'importuner leur maître. Il laissait donc sa domus du Viminal aux plaisirs de sa domesticité et préférât se retirer dans la tranquillité de sa villa de Tusculum. Chacun y trouvait son compte. Pour sa part, Dexter désira que je le suive dans sa retraite, en compagnie du jeune Eros et de la merveilleuse Myrrina.

La villa de mon maître se trouvait un peu au-delà du bourg de Tusculum et ses terres s'étendaient jusqu'au pied des monts Albains. Les terrains les plus éloignés servaient à la culture du blé et de la vigne et aussi au pâturage, quant aux plus proches Dexter les avait confiés au talent d'habiles paysagistes. Un magnifique jardin entourait la villa elle-même. S'y mariaient harmonieusement platanes, hêtres, frênes, pins parasols, saules et chênes, dont les savantes architectures couvraient de leur ombrage une multitude de statues et de vasques en marbre. Mais l'uniforme grisaille du triste hiver et les arbres dénudés de leur feuillage offraient à l'œil un spectacle de désolation où le printemps, l'été et l'automne multicolore y apportaient leurs touches picturales.

La maison était vaste, elle comptait une quarantaine de pièces. L'ancien logis, dont il avait muré l'entrée au sud, datait de l'époque du dictateur Sylla et ne convenait plus au confort de mon maître et ces pièces, qu'il n'habitait plus, servaient surtout de débarras et de logis pour les domestiques. Un couloir faisait communiquer l'antique atrium à un jardin fermé par les quatre portiques du péristyle.

Une aile plus récente, construite par le grand-père paternel de Tiburce Dexter, Caius Tiburtius Laetus, courait le long du côté ouest de l'ancienne maison, donnait en son milieu sur le portique occidental du jardin et se prolongeait, en ouvrant ses larges baies, du sud au nord. Pièces baignées de soleil tout l'après-midi et regardant les terrasses ornées d'arbres et de statues. L'extrémité de cette aile abritait les bains, de sorte que le soleil couchant miroitait dans la piscine.

A l'opposé de cette aile, Tiburce Dexter avait fait construire en face du portique oriental du péristyle une suite de vastes pièces autour d'un nouvel atrium, plus spacieux lui aussi, dont la façade est donnait accès au logis par un portique à perron. La décoration de ces salles avait été confiée à des artistes Numides et Puniques, qui savaient mieux que quiconque représenter dans les mosaïques du sol des scènes de chasse d'animaux exotiques et peindre sur les murs des fresques mythologiques.

La gestion des domaines et de la villa incombait à l'affranchi Hiéroclès, et cette visite pendant les Saturnales permettait à Dexter de vérifier les comptes, de prendre connaissance des problèmes qui s'étaient présentés lors des récoltes ou des semailles. Une part importante de ses revenus provenait de l'exploitation de cette ferme, qui n'était pas qu'un lieu d'agrément.

Quant à moi, si j'aimais bien venir à Tusculum, le printemps et l'été, goûter à son charme, à son air pur et à son paysage ondoyé, j'avoue qu'y passer les trois jours des Saturnales ne m'enchantait guère. Et il fallait vraiment que la joie et la licence de cette fête dérangent fortement mon maître pour qu'il préférât nous enfermer, par une telle saison, dans ce trou perdu, loin des avantages et des commodités de Rome, la Ville éternelle. En somme, les esclaves commandaient effectivement au maître, puisqu'il s'exilait, plus ou moins volontairement, à la campagne.

Cum extra muros et procul a rumoribus parui oppidi essemus, a prædiolo Gargilii Florini, qui his mensibus præteritis colonus Hieroclen reum facere uoluerat, in meridiem ad stadia quinque uel sex proximi eramus et in septentrionem et orientem a latissimo prædio Ser. Metilii Balbini, modo redeuntis ex prouincia cui prærat: Thraciæ. At Tusculum non occulte peruenimus.

C. Dexter lauans ex itinere se reficiebat, cum tabellarius adesse nuntiabatur. Tum hic indignatione exardescens et animo irato ad eum inopportunum uenit. Vicinus Metilius Balbinus se id magni æstimare quod dominum meum in conuiuiis numeret. In hac enim cena, una et primus Saturnalium dies et filii sextus decimus natalis celebrentur.

– Domino tuo dices, respondit C. Dexter dum lætum uultum simulat, me æque cenandi uocationem magni æstimare. Licet Balbino in conuiuiis cenæ me numerare. Nona hora cum Stolone aderimus.

Profecto tabellario, C. Dexter immobilis intentis oculis nihil spectare uidebatur et barbulam longis digitis mulcebat, quæ eum aliquantulum permotum certe significabant. Deinde in me acros oculos defixit atque mihi dixit:

– Miror me a Balbino ad cenam conuocari, quia sine mora fecit. Etenim uixdum Tusculum ueni et iam me uidere uult. Is autem non bene audit tamquam liberalis conuiuator, rursusque ferunt eum, cum prouinciæ præesset, talia uectigalia Thracibus imposuisse ut in eum de pecuniis repetundis iudicium constituerent. Balbinus enim rapacissimus uectigal decempletum petebat. Decima pars ad fiscum nouemque partes sibi.

– Est pars leonis, inquam subridens.

– Cuius rei saltem accusatur, C. Dexter graui animo pergit, a legatis Perinthiis, qui iuueni sed timendo patrono Gaius Petronio negotium transmiserunt. Eis diebus, Romæ omnes de hoc casu commemorant quod Balbinus scit. Ergo, ut opinor, me ad cenam non inuitat ut filium suum ad me deducat. Hora data ad Balbinum uenimus.

Exoleta maiorum more, tres lecti circum mensam quadratam ponebantur atque summo in lecto Metilius Balbinus erus recubans, quinquagenarius uir, celsus et solidus, breui capillo cinereo, glaber genas, sericatus et liniger, salutem nobis dixit et conuiuias designauit.

A dextra, medio lecto, filius eius M. Metilius Cæcilianus, longus et gracilis iuuenis, pudica et excelsa facie, et duumuir T. Galerius Victor, crassus homo quadragenarius, qui largam ac longam tunicam manicatam pretioseque ornatam gerebat et denique Pompeia Nigella, duumaira, immanis matrona micantibus et tinnulis gemmis obducta, cuius crassum caput semper mouens, sicut testudinis caput, de uastiore stola exurgere uidebatur, recumbebat.

A sinistra, contra Balbinum, Isis sacerdos recumbebat, quem candida uestis ex lino et gossypii lanugine facta et rasum caput designabat. Vir pæne quinquaginta annos natus et Iro macior, longissimis naribus, Dinocrates uocabatur. Amuletum in rotundum et hieroglyphicis notis incisum collo adalligabatur.

Hors des murs de l'humble cité et éloignés de ses rumeurs, nous avions pour voisinage immédiat, à cinq ou six stades vers le sud, le petit domaine de Gargilius Florinus, le colon qui avait tenté d'accuser Hiéroclès quelques mois plus tôt, et vers le nord-est l'immense exploitation de Servius Metilius Balbinus, récemment revenu de la province qu'il gouvernait : la Thrace. Mais notre arrivée à Tusculum ne passa pas inaperçue.

Dexter se délassait des rigueurs du voyage, plongé dans son bain, lorsqu'on annonça la venue d'un messenger. Maugréant et de fort mauvaise humeur, il vint à la rencontre de l'intempestif visiteur. Notre voisin, Metilius Balbinus, serait honoré de compter mon maître parmi ses convives. On fêtera pendant ce banquet, en la même occasion, le premier jour des Saturnales et le seizième anniversaire de son fils.

– Tu diras à ton maître que je suis également honoré par son invitation, répondit Dexter, en essayant de prendre un air satisfait. Balbinus peut compter sur ma présence à son banquet. J'y serai pour la neuvième heure et je viendrai avec mon cher Stolon.

Après le départ du messenger, Tiburce Dexter immobile fixait le vide en lissant sa barbe de ses longs doigts. Signe certain que quelque chose le tracassait. Puis, plongeant son regard perçant vers moi il dit :

– Je trouve étrange que Balbinus m'invite à ce banquet. Il n'a pas perdu de temps pour le faire. A peine suis-je à Tusculum qu'il désire me voir. Or cet homme n'a pas la réputation d'un généreux amphitryon. C'est même tout le contraire. On prétend qu'il a tellement pressuré d'impôts les Thraces, pendant son gouvernement, que ceux-ci intentent contre lui un procès en concussion. Balbinus, extrêmement rapace, aurait multiplié par dix les impôts ! Un dixième pour le fisc et neuf dixièmes pour lui.

– Ça ! c'est la part du lion, fis-je en souriant.

– Du moins, continua Dexter sérieux, est-il accusé de cela par une délégation de notables de Périnthe. Ils ont chargé de leur affaire le jeune mais redoutable avocat Gaius Petronius. Ces derniers jours, tout le monde parle de cette affaire à Rome. Balbinus le sait. Je suppose qu'il ne me convie pas à son banquet pour me présenter son fils.

A l'heure dite, nous arrivâmes chez Balbinus.

Suivant la mode obsolète de nos Anciens, autour d'une table carrée étaient posés trois lits inclinés. Allongé, en haut du lit gauche, le maître de maison, Metilius Balbinus, dans la cinquantaine, grand et massif, les cheveux gris et courts, le visage glabre, richement vêtu de soie et de lin, nous souhaita la bienvenue et nous présenta ses convives.

A droite, sur le lit du milieu, étaient allongés son fils Marcus Metilius Caecilianus, un jeune homme longiligne et mince d'apparence pudique et noble, le duumvir Titus Galerius Victor, un gros homme d'une quarantaine d'années, portant une large et longue tunique à manches et précieusement décorée, et, enfin, Pompeia Nigella, la femme du duumvir, énorme matrone couverte de bijoux brillants et tintinnabulants, dont la grosse tête toujours en mouvement, comme celle d'une tortue, semblait sortir des plis et surplis de sa trop large tunique.

A gauche, en face de Balbinus, s'allongeait un prêtre d'Isis reconnaissable à sa stricte tenue blanche en lin et coton, et à son crâne rasé. Il était dans la quarantaine déclinante, plus maigre qu'un mendiant avec un très long nez et répondait au nom de Dinocrate. Une amulette tubulaire gravée de hiéroglyphes pendait à son cou.

In sinistro latere Balbini, tenera et pulchra uxor eius Iunia Secunda erat, quæ ad uiginti et quinque annos nata uidebatur. Magnifice uestita coloribus uestium arte optatis et cutis candorem et undantis comæ nigritiem maxime ostentabat.

Postremo in sinistro latere Secundæ iuuenis accumbebat, ad triginta annos natus, centurionis more uestitus, qui P. Sulpicius Taurus appellabatur et loci præsidio præerat.

In lecto, ubi sacerdos Isis recumbebat, uacui loci duo erant quos nobis Balbinus lenta manu designabat. Inter me et sacerdotem dominus recubuit et ita cubui ut aduersus me centurio esset et animaduertere possem eum a Secunda breui spatio disiunctum.

– Est mihi magnum honestum, inquit Balbinus C. Dextro, te cenæ adesse. Filius meus, Marcus, in posteros dies sedecim annos natus erit, atque his Saturnalibus fruimur ut læti natalem eius concelebremus. Etenim mihi opus est oblectamento namque lites imminet. At, quæso, Thracum et causidici eorum Gai Petronii inuidiam malignitatemque prætermittamus. Liberique mei deliciis operam demus.

– Noli quidquam timere, ait Victor duumvir Balbino dum ad dominum meum se conuertit. In molesta lite quam times ciuium tutelæ confidere poteris. Petronius enim iste, quamuis uerendus patronus sit, hærebit in arte dicendi ratiocinandique Tiburtio Dextro idonea. Etenim qui perdifficiles casus soluit, eum inuidiam falsumque crimen eloquentia restincturum esse patet. Certo scias.

– Huc ueni ut anniuersariæ Marci cenæ adessem, inquit C. Dexter. Videte ut is adulescens negotia uestra moleste ferat atque admodum nego his Saturnalibus me graui ac seuro animo fore.

– Recte dicis, ait pulcherrima Iunia Secunda. Tristia nigraque nubila foras abeant, nam nunc oblectandum est. Nonne, corculum, uis filium beatum esse?

– Hoc die natali, Isis Marco propitia uolens erit, modo animis tranquillis fuerimus, inquit grauius Dinocrates sacerdos.

Quibus uerbis uix dictis, gustatio ponebatur sed nequiu quin cogitarem ut Balbinus, quamuis legatis Perintiis indicantibus rapax esset, nihilo minus parcus auarusque homo esse uideretur. Pueri enim nobis ouum durum cum foliolo lactucæ in uappa natante atque pultem ex asparagis adtulerunt.

Ostenturus eram Dextro offensionem, cum in triclinium, læto tibicinum et tympanistarum cantu, chorus saltatricum irrupit. Concinnum uidelicet aduentum! Quindecim puellæ enim suum quæque uelum pellucidum numerose iactantes examen papilionum esse uidebantur atque pulchritudine concertantes uolumina magis magisque uolucra describere coeperunt ad symphoniam incitatum. At graui ac luctuoso supremo concentu, omnes subito immobiles defixæque steterunt, quarum una de medio loco exiuit et ad nos suspensio gradu uenit et suauis uoce elegiacum carmen cecinit, quod me magnopere commouit. Et adulescens Marcus animi motus occulere nequiu, ex quo euenit ut Balbinus pater rem comiter et clementer cauillaretur.

A gauche de Balbinus, se trouvait sa jeune et belle épouse, Junia Secunda. Elle devait avoisiner les vingt-cinq ans. Elle était magnifiquement habillée et, grâce au coloris savamment choisi de ses atours pastels, mettait en valeur la blancheur de son teint et la noirceur de sa chevelure ondoyante.

Enfin, à gauche de Secunda, s'était installé un homme jeune, d'environ trente ans, sanglé dans son uniforme de centurion. Il s'appelait Publius Sulpicius Taurus et commandait à la petite garnison locale.

Il restait deux places pour nous, sur le lit du prêtre d'Isis. Balbinus, d'une main nonchalante, nous les désigna. Mon maître s'allongea, entre le prêtre et moi. Ainsi placé, je faisais face au centurion et je pus remarquer qu'il se tenait bien près de Secunda.

– Tu nous fais un grand honneur en participant à ce repas, dit Balbinus à Tiburce Dexter. Mon fils, Marcus, aura seize ans dans quelques jours, et nous profitons des Saturnales pour les fêter dans la joie. J'ai bien besoin de m'amuser. Les tracas judiciaires me menacent. Mais, oublions la jalousie et la mesquinerie des Thraces et de leur avocat Gaius Petronius. Consacrons-nous au plaisir de mon cher enfant.

– Ne crains rien, déclara le duumvir Victor à Balbinus en se tournant vers mon maître. Tu pourras compter sur l'appui de tes concitoyens dans le procès odieux qui t'inquiète. Ce Petronius, tout redoutable avocat qu'il soit, ne fera pas un pli contre la rhétorique et la logique de Tiburce Dexter. Un homme qui a résolu des enquêtes particulièrement difficiles saura bien faire taire la jalousie et la calomnie. Tu peux en être sûr.

– Je suis venu ici pour participer au repas anniversaire de Marcus, fit Tiburce Dexter. Voyez comme vous ennuyez ce jeune homme avec vos problèmes. Il est hors de question, pour moi, d'être sérieux et grave en cette période des Saturnales.

– Tu as raison, intervint la très belle Junia Secunda. Laissons les lourds et noirs nuages hors d'ici et amusons-nous. Ne désires-tu pas, mon biquet, le bonheur de ton fils ?

– Et Isis ne sera favorable à Marcus que si nos cœurs sont sans souci en ce jour anniversaire, dit le prêtre Dinocrate d'un ton grave.

A peine avait-il fini de parler que la gustatio fut servie. Je ne pus m'empêcher de penser que si Balbinus était le rapace dénoncé par les délégués de Périnthe, cela ne l'interdisait pas de se montrer chiche et pingre. Les esclaves nous apportèrent un œuf dur sur une feuille de laitue baignant dans la lie d'un vin bien médiocre et une bouillie d'asperges.

J'allais manifester mon mécontentement à Dexter, lorsque dans un air joyeux de flûtes et de tambourins une troupe de danseuses s'élança dans le triclinium. Gracieuse arrivée, en vérité. Les quinze jeunes filles, agitant en cadence chacune un voile diaphane, semblaient un essaim de papillons et, rivalisant de beauté, elles se mirent à décrire de magnifiques volutes de plus en plus rapides au rythme accéléré des instruments de musique. Et, dans un dernier accord grave et lugubre, toutes se figèrent. L'une d'elles, quittant sa place centrale, fit vers nous quelques légers pas de danse et, d'une voix suave, entonna une chanson élégiaque, qui fit plus que m'émouvoir. Le jeune Marcus également ne put dissimuler son trouble. Ce qui enclencha quelques plaisanteries indulgentes et bienveillantes de son père, Balbinus.

– Non iam es puer, mi fili. Iam mulierum illecebris rubescis. Quam bona est ætas tua, in qua animi motus obscuri uideri possunt.

– Certo scio, ait sacerdos Isidis, quantum patri liceat lætari ubi in filio suo uirilitalis testimonia perspiceret, sed, adulescens Marce, te exhortor ad florem iuuentutis conseruandum neque præmature Venerem colendam. Quanto diutius expectaueris, tanto melius amabis.

– Qua morum regula tecum dissideo, ait Victor duumuir interpellans dum oculis pinguem uxorem glorientem perlustrat. Breuis uita, uolucer uoluptas, saltem in terris tenuissimas delicias carpto opus est! Seueritas mores contristat. Adulescens Marce, noli sequi tristia sacerdotis uerba, immo cordi tuo aures commoda!

Adulescens ex controuersia de indiciis perturbationis suæ molestiam trahere uidebatur, nec sibi, intimo pudore an rerum inscitia incertum, uires erant de animi motu argumentari uel disceptare, sed nequiuu quin censerem ut multi de moribus prodigi essent, alienis præcipue.

Tum Metilius Balbinus a C. Dextro petiuit ut diceret quid sentiret quo modo, ubi prima cupidinis conspiceret coeperat, adulescenti agendum esset. Virum enim tanto lucido acutoque animo iudicia daturum, nisi studio erectaque exspectatione digna. Ego uero suspicabar Balbinum C. Dextrum ad controuersiam prouocare uel eum experiri. Isidis enim sacerdos pro puris et castis moribus dixerat, immo duumuir temperatis Veneris uoluptatibus fauerat. Quid amplius diceret?

– O Balbine, inquit dominus meus, in conuiuio decet unumquemque quid de re, quæ controuersiam facit, sentiat inuicem dicere, inde de circulo non me subducam. At tamen nobis inter pocula disputantibus indulgendum est, quoniam philosophus non sum, non philosophabor. Nihilominus existimo hanc controuersiam satis directam fuisse ne locos communes dicerem, namque partim Dinocrates, partim Victor Marco suum quisque consilium dedit, ex quibus sacerdos eum morari morigerarique eum duumuir boni consulit. Ad summam, uterque apud Marcum momentum habere imprimis uult, quorum neuter, dum in contrarias partes disputant, adulescentis mentem curat. De suo quisque usu plus minusue merito agitant, cum alibi rei cardo sit. Etenim manifestum est Marcum saltatricum uenustate permotum fuisse. Quid de hoc coniectem? Porro, mehercule, noniam puer, sicut animaduertisti, Marcus est, quem hæ puellæ lepore suo turbauerunt. Quod rerum natura admodum patitur. Sed minus pati solita est, aliquos hoc animi motu uti modo ad patientiam, modo ad licentiam prædicandam. Ex quo fieri potest ut pudicam in animam semina flagitiorum spargantur. Certe Marcus commotus est, mente tamen id agitauerat quod ultra faceret? Videlicet Catones, aliena uitia statim uituperant et ad suos, uel fictos, mores sequendos impellunt. Hic continentia, illic licentia. Hic bonum, illic malum. Sed de Marci turbatione disputatur, cum saltatricum illecebris natura deleniretur.

– Agedum, inquit duumuir Victor, ut Marcus morem suum gerat dum præcipio, quid est quod in eum flagitia insinuem? Immo Marco suadeo ut diem carpat.

– Tu n'es plus un enfant, mon fils. Déjà les charmes féminins rougissent ton front. Quel bel âge que le tien, où l'on peut encore appeler mystère les secousses de son âme.

– Je sais combien un père peut se réjouir de découvrir chez son fils les preuves de la virilité, fit le prêtre d'Isis. Mais, jeune Marcus, je t'encourage à conserver la fleur de ta jeunesse et de ne pas prématurément faire acte de virilité et tu aimeras d'autant mieux que tu auras plus attendu.

– Voilà bien une philosophie que je ne partage pas, intervint le duumvir Victor en lorgnant vers sa grosse épouse qui gloussait. La vie est brève, les plaisirs éphémères, il faut profiter des chiches douceurs d'ici-bas. L'austérité assombrit les mœurs. Jeune Marcus, n'écoute pas les tristes sermons du prêtre et laisse parler ton cœur !

Le jeune homme semblait éprouver quelque gêne que l'on controversât les signes de son trouble. Soit manque d'expérience, soit intime pudeur, il ne se sentait pas de force pour argumenter ou débattre de sa confusion. Et je ne pus m'empêcher de penser que les gens sont bien facilement prodigues de morale, surtout envers les mœurs d'autrui.

C'est alors que Metilius Balbinus demanda l'avis de Tiburce Dexter sur la conduite que doit suivre un jeune homme lorsqu'il découvre les premiers émois du désir. Un homme, à l'esprit aussi clair et pénétrant, ne saurait donner qu'un jugement digne d'attention et d'intérêt. Mais je percevais comme un défi ou une mise à l'épreuve dans cette invite. Le prêtre d'Isis, en effet, avait défendu la chasteté et le duumvir, au contraire, se prononçait plutôt pour une jouissance, sans excès, des plaisirs charnels. Que pouvait-il rajouter à cela ?

– Ô Balbinus, dit mon maître, il est normal que dans les banquets chaque convive donne son avis sur le sujet débattu et je ne me déroberai pas. Mais il faut donner à nos propos toute l'indulgence d'une discussion tenue lors d'une fête, je ne suis pas philosophe et je ne ferai donc pas un traité. Toutefois, j'estime que ce débat n'est pas assez général pour que je reste dans l'abstraction. En effet, Dinocrate comme Victor, donnent chacun un conseil à Marcus. Le prêtre lui demande de se contenir et le duumvir de se laisser aller. En somme, ils veulent avant tout influencer Marcus. Mais ni l'un ni l'autre, tout en défendant leur point de vue, ne se soucient des états d'âme du jeune homme. Chacun y va de son expérience, plus ou moins fondée, alors que la question est ailleurs. Marcus, c'est clair, a été troublé par la grâce des danseuses. Quelle conclusion en tirerais-je ? Hé bien ! oui, comme tu l'as remarqué, Marcus n'est plus un enfant. Il fut sensible au charme de ces jeunes filles. Ce qui est tout à fait naturel. Ce qui l'est moins, c'est la prétention de se saisir de ce trouble pour d'un côté prêcher la patience et de l'autre la licence. Par là même ensementer dans l'âme innocente de Marcus les germes du vice. Marcus a certes été ému. A-t-il, pour autant, eu l'intention d'aller plus loin ? Evidemment les Catons critiquent tout de suite les vices d'autrui et exhortent à suivre leur morale ou ce qu'ils prétendent tel. Abstinance d'un côté, licence de l'autre. Le bien et le mal. Et Marcus, qui était tombé naturellement sous le charme des danseuses, devient l'objet d'une controverse.

– Allons bon, intervint Victor le duumvir, en préconisant la liberté des sens à Marcus en quoi lui insinué-je l'idée du vice ou de la faute. Je lui conseille au contraire de jouir de la vie.

– Præterea, Dexter, bonos mores infortiaris, ait sine mora furiens Dinocrates Isidis sacerdos. Quod si suum quisque morem sequitur, non una uiuere possumus. Te, Dexter, credebam altiore mente sed uerba tua leuia et inepta sunt.

– Censeo enim ut, primis cupidinis conspectis, suam quisque uiam sequatur. At tu Dinocrates, homo certe acutus, quid facis nisi præcepta sectæ tuæ dictas? Vt dicit Lucretius : *Tantum religio potuit suadere malorum*. Nulla tui sententia est, non dicis quid sentias, sed quod te didicisse. Namque, ubi mentis acumen stat cum quod censes non sit quid tu ipse censeas ? Patet enim consilium dedisti ut non tecum cogitares num Marco aptum esset atque, ut omnes cuiusuis sectæ sodales, haud firmos animos illicere conaris pudicitiamque dictitas, ostentas iactasque sicut merces mercator. Etenim, Dinocrates, si ingenii scrupulum habuisses, Marcum, tenero animo et habitu suo, adulescentem te longe pudentiozem esse intellexisses.

– Non patior ut de moribus meis dubites.

– Quidni? Quare igitur malum cernis, si natura rerum turbat animum? Indoles ad uirtutem prona mores suos non iactat et scit non tam facile quam tunicam traduci. Mores tuos uero non actorum exemplis sed ui uerborum obtines atque ciuitatem nuncupas mundum in quo boni mores potius uerendi quam amplexandi sunt. Atque, ut Marco optimam indolem supputo, ei suaserim ut sequeretur agendi naturam ex conscientia sua.

Eo tempore adulescens silentio suo desiit namque ex uerbis C. Dextri solacium et uires ad dicendum collegerat.

– Ita est, domine Gai Tiburti, perlibenter uerba tua audiui quibus potius quam contrariis et Dinocratis et Victoris consiliis assentior. Contraria inter se certe, at tamen ad me decipiendum concordia. Amo, pater, amo et amor. Verum est me non iam esse puerum. Mitis et formosa Procne suaues res Venereas me docuit. Non existimo nos male fecisse, etiam si occulte facimus. Nam cur pretextatus amare non possum? Qua re uirilem togam exspectabo, si rerum natura leges hominum leui momento æstimabit, uel, potius dicam, rerum naturam leges hominum leui momento æstimabunt. Et ante hos quinque menses illius libertæ lepori cessi ut non ullum malum cernerem. Scilicet illa uolebat amor sileretur sed iam taceam nolo. Te enim, pater, rogo ut togam uirilem proximis Liberalibus sumam.

– Te, mi fili, ualde admiror! Qua re oportet Liberalia exspectentur? Nunc uir es, id recusare nequeo atque mecum omnes ciues consentiunt. Amici, inquit Balbinus dum in conuiuas manus protendit, hodie filius meus togam uirilem sumat.

– Inopportunum tempus esse credo, ait Victor duumuir. Nunc Saturnalia celebramus. Dies admodum festiuos hilaresque, inter quos nihil graue fieri solet. Res tamquam iocus uideri potest.

– Quamquam per dies tres Saturnalia celebrantur, ultimus tantum sacer est, inquit Balbinus. Immo uero ita nobis placitum est.

Oblique dominum meum adspiciebam quem hæc uerba moleste ferentem et frontem contrahentem uidebam. Tempus in cogitatione ponere uidebatur.

– Et tu nies toute morale, Dexter ! s'écrie Dinocrate le prêtre d'Isis. Si chacun fait ce qu'il veut, nous ne pouvons vivre en communauté. Dexter, je te prenais pour un esprit plus profond. Ce que tu dis est léger et absurde.

– Oui, je pense qu'à la découverte de ses premiers émois chacun réagira à sa façon. Mais toi, Dinocrate, homme tellement perspicace, tu ne fais que répéter les préceptes de ta religion. Comme le dit Lucrèce : La religion put conseiller tant de maux. Ton avis n'est pas tien, tu parles comme on t'a appris. Où est ta profondeur d'esprit ? puisque ton avis n'est pas que ton propre avis. La preuve est que tu as débité ton conseil sans te demander s'il était approprié à Marcus. Comme tous les affidés d'une secte, tu cherches à y faire adhérer les esprits malléables. Tu parles de chasteté comme un vendeur de ses marchandises. Car, Dinocrate, si tu avais une once d'intelligence, tu aurais compris que Marcus, âme tendre, de par son attitude, est un jeune homme de loin plus chaste que toi.

– Je ne te permets pas de douter de ma moralité !

– Ah non ? Alors pourquoi vois-tu le mal où se manifeste un trouble naturel ? Un caractère porté à la vertu, n'étale pas sa morale et sait qu'elle ne se transmet pas aussi facilement qu'une tunique. En vérité, tu fais respecter ta morale non par l'exemple de tes actes mais par la force de tes mots. Et tu appelles société, un monde où la morale est crainte, plutôt qu'épousée. Mais, comme je devine une excellente nature en Marcus, je ne lui conseillerais que de suivre son penchant à agir avec sa conscience.

A ce moment le jeune homme sortit de son mutisme. Il avait trouvé dans les paroles de Tiburce Dexter un apaisement et la force de s'exprimer.

– Oui, seigneur Tiburce, j'ai écouté avec chaleur tes propos et je me retrouve plus dans ce que tu as dit que dans les conseils opposés de Dinocrate et de Victor. Opposés, mais complémentaires pour m'égarer. J'aime et je suis aimé, mon père. C'est vrai que je ne suis plus un enfant. La douce et jolie Procne m'a enseigné l'art suave d'aimer. Je ne pense pas que nous agissons mal, même si nous agissons cachés. Car enfin, pourquoi revêtu de la toge prétexte je ne puis aimer ? Pourquoi attendre la toge virile, lorsque la nature n'a que faire des lois humaines, ou plutôt les lois humaines n'ont que faire de la nature ? J'ai cédé aux charmes de cette affranchie, il y a cinq mois, sans y voir aucun mal. Certes, elle voulait que notre amour restât secret. Mais je ne veux plus le cacher. Je te demande, père, de m'octroyer la toge virile aux prochains *Liberalia*.

– Ah mon fils, comme je suis fier de toi ! Pourquoi attendre les *Liberalia* ? Tu es un homme, je ne puis que l'admettre et avec moi tout le corps civique. Mes amis, fit Balbinus en tendant ses bras ouverts en direction des convives, que mon fils reçoive, ce jour, la toge virile.

– Je crois le moment mal choisi, intervint le duumvir Victor. Nous fêtons les Saturnales en ce moment. Fêtes joyeuses, s'il en est, pendant lesquelles rien ne se fait de sérieux. On pourrait prendre ton acte pour une plaisanterie.

– Bien que nous fêtons les Saturnales pendant trois jours, seul le dernier est sacro-saint, fit Balbinus. Et tel est notre bon plaisir.

Je regardais mon maître du coin de l'œil et je le vis brusquement s'assombrir et plisser le front. Il semblait perdu dans ses réflexions.

Digitorum percussione, saltatrices et musici euanuerunt atque puer togam candidam, quæ uiriliter erat, afferebat qua adulescens decore indutus est. Pater et Victor duumvir et Nigella prope a larario eum circumstant ut laudibus ferrent.

Sed, cum omnes lætabantur, speculum, eorum quæ in aduersa pariete fixa sunt, mihi facinus furtim actum reddidit.

Iuuenis enim Taurus centurio, dum ei bono est omnes in sollemnia animos intendere, ad Iuniæ Secundæ collum faciem demisit, quæ eum breuiter sauia est. Quamquam autem cito et modice fecerunt, ego ipse et Isidis sacerdos et C. Dexter manifestum amoris insigne in speculo adspeximus.

Vespera inter epulas et pocula extenta est, atque ferculum multo copiosius insectum est, quod hospitem mecum in gratiam reduxit, quasi is, qui parcus parce primas mensas adtulerat, sollemnibus sanatus erat. Deinde Victor duumvir et Nigella, eius uxor, ambo cantores discrepantes, Atellanicos uersus ululare coeperunt, remque nos omnes libenter risimus. Solus uero Isidis sacerdos a lætitia communi aberat atque animi anxius Balbino interdum nictabat, qui manu ad pectus apposita hunc uicissim contuebatur. Alter cum altero gestibus colloqui uidebantur. Dominus meus quoque eorum artificia insolita animaduertit. Sed postea circumfusa gaudia eminuerunt atque quadam exsultatione gestiimus prout escæ apponebantur et uina.

Cena exacta, C. Dexter, quem antea tam gaudentem raro uideram, se uenaturum esse promisit, ad quam uenationem crastino die Balbinus omnes conuiuas inuitabat.

Dinocrates inuitationem detrectauit et, dum exsurgit ut nos relinquat, amuletum tubulatum et hieroglyphicis notis incisum Balbino tradidit.

– Isis tibi in Perinthios litiganti faueat et strictius coniugium tuum faciat.

Quibus uerbis dictis, subito Secunda palluit.

Sub noctem saturati et ebrioli uillam Balbini reliquimus atque, cum una tolutim equitabamus, C. Dexter mihi dixit:

– Quid, mi Stolo, de uespera apud Balbinum censes?

– Optime, inquam singultum ciens, nos oblectauimus.

– Quin etiam? Nonne aliquid mirabile animaduertisti?

– Equidem, domine, animaduerti, sicut fecisti, Secundam Taurum furtim sauuari. Sed, si de hoc loqui uult, noli fidere me de moribus eorum disputare.

– Non te cogam ut talem laborem facias sed hoc animaduertistine quod tantum nos, nos et Dinocrates, clandestinum sauium inspicere poteramus? Eodem tempore Iunia Tauro sauium dedit atque Victor Nigellaque exsurrecti Marcum adolescentem, qui inter patrem et lararium stabat, circumuenerunt ut laudibus ferrent. Ita amantibus duobus terga obuertebant.

– Ita est ut dicis, inquam, et id animaduerti, quo quid coniciis nisi tutos ab arbitris se crediderunt? Fortasse præsentiam nostram admodum neglexerunt.

– Neglexerunt certe, inquit C. Dexter dum equi ceruices mulcet, nam Iuniam et Taurum non deprehendimus...

– Quid inconsulte dicis, domine? inquam fretus oculis meis.

Sur un claquement de doigts les danseuses et les musiciens s'éclipsèrent. Un esclave apporta une toge blanche immaculée, la fameuse toge virile. Le jeune homme en fut dignement drapé, entouré de son père, du duumvir Victor et de Nigella, venus le congratuler, près du laraire.

Mais au milieu de la liesse, un des miroirs, pendus au mur qui me faisait face, réfléchit un acte furtif.

Le jeune centurion Taurus, profitant que l'attention générale était distraite par la cérémonie, plongea son visage dans le cou de Junia Secunda et celle-ci lui donna un rapide baiser. Bien qu'ils agirent vite et discrètement, le prêtre d'Isis, Dexter et moi-même aperçûmes dans le miroir ce geste de tendresse sans équivoque.

La soirée se prolongea à manger et boire. Le plat qui suivit, beaucoup plus riche, me réconcilia avec notre hôte, comme si la cérémonie l'avait guéri de son avarice. Victor le duumvir et Nigella, son épouse, formant un duo cacophonique, se mirent à hurler quelques chants grivois, ce qui nous fit tous bien rire. Seul le prêtre d'Isis ne participait pas à la joie générale. Il lançait, par instants, des œillades inquiètes vers Balbinus. L'autre, quelquefois, le fixait en portant la main à sa poitrine. Ils semblaient communiquer par signes. Mon maître remarqua également leur étrange manège. Puis, l'ambiance festive prit le dessus et une certaine euphorie nous gagna, à mesure que les mets et les vins étaient servis.

À la fin du repas, Tiburce Dexter, que j'avais rarement vu aussi gai, donna son accord pour participer à une partie de chasse, à laquelle Balbinus conuiait tout le monde pour le lendemain.

Dinocrate déclina l'invitation. Il se leva pour nous quitter et remit sa belle amulette cylindrique et couverte de hiéroglyphes à Balbinus, en disant :

– Qu'Isis te soutienne dans ta lutte contre les Périnthiens et renforce les liens de ton couple.

À ces mots, Secunda devint brusquement pâle.

À la nuit tombante, nous quittâmes la villa de Balbinus repus et quelque peu éméchés. Comme nous faisons trotter nos chevaux de concert, C. Dexter me dit :

– Alors Stolon, que penses-tu de notre soirée chez Balbinus ?

– Nous nous sommes bien amusés, fis-je dans un hoquet.

– Mais encore ? N'as-tu rien remarqué de surprenant ?

– Bien sûr que si, maître. J'ai remarqué, comme toi, le baiser de Secunda et de Taurus. Si c'est de cela dont tu veux parler. Mais ne compte pas sur moi pour dissenter sur la morale.

– Je n'exigerai pas de toi un tel exercice, mais as-tu prêté attention au fait que nous pouvions, Dinocrate et nous, seuls, apercevoir leur baiser furtif ? Au moment précis où Junia donna un baiser à Taurus ; Victor, et Nigella, qui s'étaient levés de table, entouraient le jeune Marcus, debout entre son père et le laraire, pour le congratuler. Ils tournaient ainsi le dos à nos deux tourtereaux.

– C'est vrai, fis-je, cela ne m'a pas échappé mais qu'en déduis-tu, sinon qu'ils se sont crus à l'abri des regards indiscrets ? Ils n'avaient peut-être tenu aucun compte de notre présence.

– Evidemment ! dit Dexter en tapotant l'encolure de son destrier. Car ce ne sont pas Junia et Taurus que nous avons surpris...

– Qu'avances-tu là, seigneur ? fis-je confiant en ma vue.

– Non Iuniam et Taurum deprehendimus, C. Dexter suscipit, sed eorum species speculo redditas!

Postero die mane, cum dies frigidus et lucidus ordiretur, prima hora insolitis et uariis sonitibus expectatus sum. Etenim ante orientem frontem uillæ equites et pedites, qui copulis ualentes alacresque canes retinebant, spisse se congregabant. Balbinus uero et Marcus et Taurus et Victor uenerant ut C. Dextrum ad uenationem uocarent. Nam a desistente æstate agricolæ Tusculani querebantur de agris per apros corruptis, quas querelas opportunas domini opponere ut libentissime uenarentur.

Cum pridie ad regionem prædarum circumscribendam in silua retia tenta erant, manus nostra in eam cautissime adiuit, quia omnium consensu in uenando apro periculose exercebamur. Atque, ut in primam siluam peruenimus, plus quam centum uenatores circum magnos ignes tres nos expectabant. Pedites autem erant, peronati et loreis tunicis induti, partim iaculis partim uenabulis partim lanceis partim retibus muniti, atque nonnulli, ut feris metum afferrent, ænea crotala et tympana et cymbala in manibus habebant. Sed canes uenatici Laconici et Tusci multo mirabiliores erant, ingentia animalia fuluis uillis et acutis dentibus quæ latrabant et uincula trahebant.

– Sed, inquit dominus meus dum iugum stans in semita ad primam siluam ineunte monstrat, nonne ræda est?

– Est etiam, Balbinus respondet. Iunia Secunda enim uxor atque Procne, filii pælex, uenationi inesse uoluerunt et, ut incolumes manerent, eas ualde monuimus ut ræda ueherentur.

– Prouidum consilium, ait consentiens C. Dexter. Etenim apros uenari periculosum est.

– Recte dicis, inquit Taurus centurio. Ego uero recuso ne mulieres uenationis participes sint ac ne spectent. Non tantum enim periculosum est, sed id etiam exercitium mihi uisum est, a quo mulieres abesse oportet.

Puellæ duæ tamen quod uenationi adessent lætari uidebantur, præsertim Procne quæ aduentu nostro iubilabat. Tum rædæ appropinquauimus ad illas salutandas. Procne autem Secunda pulchrior erat quamquam corporis forma simili. Procne enim iuuentute et nitore exquisitiorem munditiam et uxoris Balbini artificia superabat, iuuentus et nitor tamen qui non a gemmis abhorrebat. Marcus adulescens enim aurea stalagma Procne donauit, quæ haud parua superbia ostentabat. Inde facile intellegebam cur adulescens uoluptatem caperet tam admirabili femina oblectari. Nihil uero fragile, nihil lasciuui ex hac pulchritudine, Procne puella uidebatur expedita ac parata.

Canes latrabant et orbiculabantur. Signo uenatui dato, Molossi statim fremere et ductores canum rarum ordinem porrigebant præ musicis qui sonitu feras ad retia pellebant. Vbi omnes primam in siluam introibant, tum eos in equis sequebamur et ræda agmen claudebat. Nos autem in siluam uastam densamque atque nudis arboribus distortis et ramosis frequentem ingurgitabamus. Rumores obstrepentes et influentes resonabant. Ante nos feræ, quas uidere nequiuimus, ligna dirumpebant, cum multa ex pauore insana auium agmina magis audiremus quam uideremus.

– Nous n'avons pas surpris Junia et Taurus, reprit Tiburce Dexter, mais leur reflet !

Le lendemain matin, comme la journée s'annonçait froide et ensoleillée, je fus réveillé à la première heure par les bruits d'une effervescence inhabituelle. Devant le perron oriental de la villa, se pressaient des cavaliers et des piétons tenant en laisse de puissants dogues excités. Balbinus, Marcus, Taurus et Victor venaient chercher Tiburce Dexter pour la partie de chasse prévue. Depuis la fin de l'été, les paysans de Tusculum se plaignaient des dégâts causés par des sangliers. Prétexte tout trouvé pour que les seigneurs se livrassent au plaisir de la vénerie.

La veille on avait tendu des filets dans les bois pour circonscrire la zone des captures et notre troupe s'y rendit non sans appréhension, la chasse au sanglier étant considérée comme un exercice dangereux. Nous parvînmes à l'orée du bois où nous attendaient autour de trois grands brasiers plus de cent chasseurs. Ils étaient à pied, portaient des bottes et des tuniques capitonnées de cuir, étaient armés qui de javelots, qui d'épieux, qui de lances, qui de filets ; certains, chargés d'effrayer les bêtes, tenaient dans leurs mains des crécelles de bronze, des gongs portatifs et autres paires de cymbales. Mais le plus impressionnant était les chiens de Laconie et les mâtins d'Etrurie. Bêtes énormes et massives au poil fauve et aux dents acérées, qui aboyaient en tirant sur leur laisse.

– Mais, fit mon maître en montrant un attelage arrêté sur le chemin donnant vers l'entrée de la forêt, n'est-ce point là une ræda ?

– En effet, répondit Balbinus, mon épouse Junia Secunda et Procné, la concubine de mon fils, ont voulu participer à la chasse. Pour éviter qu'elles soient blessées nous leur avons vivement conseillé de venir en voiture.

– Sage précaution, acquiesça Dexter. La chasse au sanglier n'est pas sans danger.

– Tu as raison, intervint le centurion Taurus. Quant à moi, je suis opposé à ce que les femmes participent à la chasse, même comme spectatrices. Non seulement cet exercice est dangereux, mais aussi je le considère comme un entraînement à la guerre. Les femmes n'y ont pas leur place.

Pourtant les deux jeunes femmes semblaient heureuses d'être présentes à cette partie de chasse. Surtout Procné, qui poussa des cris de joie à notre arrivée. Nous approchâmes de la ræda pour les saluer. Procné était plus jolie que Secunda, bien que de morphologie identique. Sa jeunesse et sa fraîcheur surpassaient les artifices et la toilette plus raffinée de l'épouse de Balbinus. Jeunesse et fraîcheur qui ne boudaient pas les beaux bijoux. Le jeune Marcus avait offert à Procné une paire de pendants d'oreilles en or, qu'elle arborait non sans fierté. Je comprenais aisément pourquoi le jeune homme avait eu le plaisir de tomber sous le charme d'une si merveilleuse créature. Rien de fragile, cependant, ni de mièvre dans cette beauté ; Procné semblait une jeune femme décidée et résolue.

Les chiens aboyaient, tournaient sur eux-mêmes. Le signal de la chasse fut donné. Frémissement des dogues. Les piqueurs s'étiraient en une longue ligne devant les musiciens rabatteurs. Tous de s'avancer alors sous les premiers taillis. Sur nos chevaux nous les suivions. La ræda fermait la marche. La forêt nous absorbait vaste et serrée, peuplée d'arbres nus aux branchages torturés. Les bruits se répercutaient en un écho assourdissant et pénétrant. Devant nous, toute une faune invisible faisait craquer le bois mort, tandis que nous entendions plus qu'apercevions les vols affolés d'une multitude d'oiseaux.

Foetidus odor muscorum nares incendit adeo ut sternutamenta tenere non potuissem. Tempora mea ad numeros cymbalorum emicabant et inde quodam æstu gestiui.

Alii paulatim in aliam partem ferebamur et, cum alta saxa ante me se erigebant, tum equum in itineris angustias ducebam. Quo facto, a C. Dextro aliquantum discedebam atque, ubi primum ex angustis in rariorem siluam perueni, me a comitibus aberrauisse patuit. Quamquam autem rumores et latratus et æneos tinnitus certo audiebam, at tamen unde ederentur scire nequibam. Igitur retrocedere concepi.

Cum ad saxa redirem, equum ad arborem adligatum prope rupem cauam aspexi quem Tauri centurionis recognoui. Mihi ad eum appropinquanti demissæ uoces peruenerunt. E spelunca uero murmur edebatur. Tum ex equo descendi et silentio ad oram speluncæ gradum feci. Secundæ et Tauri uoces facile agnoui.

– In potestate sua me habet, inquit hæc, quem in præsentī omittēre non possum.

– Quo tempore igitur nos libere amabimus ? rogauit ille. Morsne eius exspectanda est?

– Te, mi Publi, sentio properare ut sim tua. Nulla mora est quin id eueniat, quia Balbinus malo iudicio implicatur et ei periculum est ne decora et bona sua amittat. Vt C. Dexter ipse eum defendat, tamen Balbinus causam non obtinere mihi uidetur. Omnes legati Perinthii aduersum eum sunt qui præterea se ipsum lædit. Mitissima erit pœna, sine dubio, ei aqua et igni interdicerē, sed censeo Gaium Petronium, patronum timendum, singulariorem pœnam rogaturum. Fortasse capite. Vtique etiam si uir meus morte pœnam non soluerit, exsule illo diuortium et libertatem meam obtinebo. Igitur, o mi assidue centurio, paulum opperire!

– Mens certe, inquit Taurus, sapientia uerba tua intellegit, sed animus moræ impatientior est quam ut eam non ægre ferat. Qua re, pulcherrima Secunda, non iam iudicium fuit?

– Ne diutius moremur in hac spelunca!, inquit illa dum se lacertis militis eripit. Aliis enim suspicionem excitare possumus et ad eos eamus.

Nec moratus sum quin castra mouerem. Vix ad equum meum in fruticibus abditum perueneram, cum amantes duo de spelunca exirent. Vltimo amplexu facto, Taurus in equum insiluit et Secunda post rupes e conspectu ablata est, iens ad celatam rædam, ut opinabar, nam paulo post flagella et peculiare rotarum sonitus audiui. Vbi soliti siluæ rumores me circumuenerunt, in equum ascendere institui et, calcibus usus, eum ad locum, in quo a domino aberraueram, concitauī. Iam rumores et æneos tinnitus ad aures meas peruenerunt, tum in eos equum duxi et tandem uenatorum manum adspexi. Balbinus prope C. Dextrum erat atque, cum ad illos uenirem, dominus errationem meam comiter cauillatus est.

– Vbinam, mi Stolo, eras?

– Aberraueram illuc prope speluncam.

L'odeur pourrie des mousses me saisit le nez au point que je ne pusse me retenir d'éternuer. Mes tempes battaient au rythme des cymbales. Et une sorte d'ivresse m'envahit.

Peu à peu, nous nous éloignons les uns des autres et, comme de hauts rochers se dressaient devant moi, je guidais mon cheval vers un passage étroit. Mais, ce faisant, je m'éloignais quelque peu de Tiburce Dexter et, lorsque je débouchais de ce dédale dans une petite clairière, je fus bien obligé de constater que j'avais perdu mes compagnons. J'entendais bien les cris, les aboiements et les tintements de bronze mais sans pouvoir discerner d'où ils provenaient. Je résolus donc de faire demi-tour.

En revenant vers les rochers, j'aperçus un cheval attaché au tronc d'un arbre près d'une excavation dans la roche. Je reconnus la monture du centurion Taurus et, comme je m'en approchais, j'entendis parler à voix basse. Les chuchotements venaient de la grotte. Je descendis de cheval et me dirigeai sans bruit vers l'embouchure de la petite caverne. Je reconnus sans peine les voix de Secunda et de Taurus.

– Il me tient en son pouvoir, disait-elle. Je ne peux le quitter pour le moment.

– Quand donc alors pourrons-nous nous aimer librement ? demandait-il. Doit-on attendre qu'il décède ?

– Je te sens impatient de me faire tienne, mon cher Publius. Cela ne saurait tarder, puisque Balbinus, est engagé dans un mauvais procès. Il risque de perdre son honneur et sa fortune. Je ne le vois pas gagner, même si Caius Dexter prenait sa défense. Il a toute la délégation de Périnthe contre lui et il est en tort. La peine la plus douce sera certainement l'exil avec la perte de tous ses biens, mais je pense que Caius Petronius, avocat redoutable, demandera un châtement plus exemplaire. La peine capitale peut-être. De toute façon, même si mon mari échappe à la mort, j'obtiendrai et le divorce et ma liberté, s'il est condamné à l'exil. Patiente donc un peu, ô mon centurion intrépide.

– Ma raison entend tes paroles sensées, répondit Taurus, mais mon cœur est trop pressé pour s'en contenter. Ha, belle Secunda, pourquoi ce procès n'a-t-il déjà eu lieu ?

– Ne restons pas un instant de plus dans cette caverne, fit-elle en se dégageant des bras du soldat. Les autres pourraient soupçonner quelque chose. Allons les rejoindre.

Je pris sans tarder la poudre d'escampette. A peine avais-je rejoint mon cheval caché dans un bosquet d'arbustes, que les deux amants sortaient de la grotte. Après un dernier enlacement, Taurus sauta sur le dos de sa monture et Secunda disparut derrière les rochers. Certainement en direction de la reda dissimulée, puisque peu après j'entendis des coups de fouet et le bruit caractéristique des roues du véhicule. Lorsque les rumeurs habituelles de la forêt m'entourèrent, je me décidai à remonter sur mon cheval et, en donnant du talon, je fis galoper la bête vers l'endroit où j'avais perdu de vue mon maître. Bientôt les cris et les tintements de bronze me parvinrent aux oreilles. Je conduisis alors mon cheval dans leur direction et j'aperçus enfin la troupe des chasseurs. Balbinus s'était approché de C. Dexter et, comme j'arrivais à leur hauteur, mon maître ironisa gentiment sur mon manque d'orientation.

– Hé bien ! mon bon Stolon, où étais tu passé ?

– Je m'étais égaré près de la grotte, là-bas.

– Ah ah, seruus tuus, inquit Balbinus ridens, infelix est qui inanis redeat. Hæc enim spelunca locus est in quo iuuentus sæpe conuenit cui nomen plurimum indicat. Appellatur enim amorum Testudo.

– Hoc sensi ut siluam, Stolone absente, uacuefaceremus, inquit dominus cauillans. Id autem ægre tulisses, namque ipse scit quam commodum mihi sit studium, quod religiose sequitur, mandandorum minute atque concise litteris factorum gestorumque meorum. Etenim non sæpissime occasio adest me feram ferire.

Sed Balbinus, dum caute circumspicit et occasione solitudinis utitur, cauillantem C. Dextrum interpellauit.

– Possumne aliquam rem tecum colloqui? inquit submissa uoce in aurem C. Dextri. Domus non tuta est et capiti meo timeo. Etenim aliquid uxor in me et filium machinatur. Certa uero indicia deficiunt et dubius sum quid faciam, at tamen satis in metu sum ut de hoc pauca uerba tibi dicam.

– Etenim, inquit C. Dexter, nonnullas res animaduerti. Exempli gratia, hesternæ sollemnitate res. Nempe filio celerius togam uirilem dedisti?

– In ingenii acie tua fama non mentitur! Adeo sane de diebus meis timeo ut filiulus, si quid mali mihi eueniat, sub manu eius mulieris esse nolim, itaque heri eum, dum togam uirilem ei tribuo, de illa liberaui.

– Ecce ad cenandum hesternæ uocationis causa! Suscipiebam me ad natalem Marci cenam inuitatum esse ut magnarum rerum actarum testis essem neue tantummodo filium nossem.

– Rogo, si quid mali mihi euenit, ut puerulo meo auxilium feras et isti mulieri occurras. Possumne fidem tuam obtestari?

– At, priusquam meam fidem tibi do, quæso ut mihi dicas quare, si quam uxorem machinationem timeas, Secundam ipsam non repudies? Etenim, repudiata illa, nonne tutus eris?

– Sed, Hercle, fateor ne causam quidem rationemque esse ut eam repudiem. Omnium enim intuitu, illa uxor esse uidetur proba et prona etiam in Marcum, quem priore coniugio habui. Nullam rixam, nullum uitium. Mitis et sapiens et fidelis est illa.

– At tamen tu, inquit C. Dexter, de uita times et tua et fili! Valde miror! Quo modo enim uxor, quam tam probam dicis, in animum tuum aliquantulum suspicionis incitare potuit? Aut uere insanus aut false inquietus sis aut ualidiores his imbecillis indicis res in promptu habeas oportet, ut me persuadeas.

– Quæ res autem satis magni momenti esse uidetur ut, liquido animo, tibi omnia non tacitus dicam. «Τοιγὰρ ἐγὼ τοι ταῦτα μάλ' ἀτροκέος καταλέξω.» Enim Iuniam Secundam inuitam duxi. Vbi his annis tribus priorem uxorem amisi, ægerrime tuli me uiduum manere. Dinocrates autem, qui odium uiduitatis perspectum habuit, ad me Iuniam Secundam fidelium suarum deduxit. Quam iuuenem et pulcherrimam mulierem tamquam pænitentiam mihi prædixit esse acturam. Horrendis insidiis factis, deuota Isidi Isiaca in sacra se abdiderat. Rea enim fraterni parricidii facta erat.

– Ah, ah, fit Balbinus en riant, ton esclave est bien malchanceux de nous revenir bredouille. Cette caverne est un lieu où la jeunesse se réunit et son nom en dit long. On l'appelle la Voûte des amours.

– J'ai cru que nous aurions vidé la forêt de tout gibier sans que Stolon y participe, fit mon maître en badinant. Ce qui aurait été fâcheux pour mon amour-propre, car il sait combien j'ai pris goût à ses scrupules de prendre en note, par le menu, mes faits et gestes. Et ce n'est pas tous les jours que je suis susceptible de tuer une bête féroce.

Mais Balbinus, qui lançait des regards circonspects, profitant que nous étions un peu en retrait, interrompit les badinages de Tiburce.

– Puis-je t'entretenir de quelque problème qui inquiète mon esprit, chuchota-t-il à son oreille. Ma maison n'est pas sûre. Je crains pour ma vie. Ma femme machine quelques intrigues contre mon fils et moi. Je n'ai pas de preuves, je n'en suis qu'aux soupçons mais cela m'effraie assez pour que je sente le besoin de t'en dire quelques mots.

– J'ai, en effet, remarqué certaines choses, fit Tiburce Dexter. Par exemple, la cérémonie d'hier. Tu as voulu rapidement faire de ton fils un citoyen, non?

– On ne m'a pas menti sur la profondeur de tes réflexions! Oui, je crains tellement pour ma vie que je ne veux pas que mon petit, au cas où il m'arriverait malheur, soit sous la dépendance de cette femme. En lui donnant la toge virile, hier, je l'ai libéré de cette mainmise.

– Voilà donc pourquoi tu tenais tant à ma présence, hier au soir. Je me doutais bien que tu m'aies convié au repas anniversaire de Marcus, pour que je sois témoin d'un acte fort et pas seulement pour me le faire connaître.

– Je te demande, si un malheur doit subvenir, de protéger mon cher enfant contre cette femme. Puis-je compter sur toi?

– Mais avant que de donner ma parole, Balbinus, j'aimerais que tu me dises pourquoi tu ne peux tout simplement répudier Secunda, si tu crains quelque machination de sa part? En divorçant d'elle, tu te mets à l'abri. Non?

– Mais, par Hercule, il est vrai que je n'ai rien à lui reprocher pour la répudier. Aux yeux de tous, elle se conduit en bonne épouse. Elle se montre attentive envers Marcus, que j'eus d'un autre lit. Aucune querelle, aucun défaut. Elle est douce, intelligente et fidèle.

– Et pourtant tu crains pour ta vie et pour ton fils! Tout cela me semble bien étrange. Comment une femme que tu me décris si parfaite a-t-elle pu éveiller en toi ne serait-ce qu'un soupçon? Il faut que tu sois réellement insensé, faussement angoissé ou bien que tu aies en ta possession autre chose que de faibles indices, pour me convaincre.

– Cette affaire me semble assez importante pour que je te dise tout sans rien cacher. En vérité, Junia Secunda ne m'a pas épousé de son plein gré. Lorsqu'il y a trois ans, j'ai perdu ma première épouse, j'étais paniqué à l'idée de rester veuf. Dinocrate perçant mon désir d'échapper au veuvage me fit rencontrer, Junia Secunda, une de ses fidèles. Il me présenta cette jeune et très belle femme comme prête au repentir. En effet, elle avait commis un horrible crime et s'était réfugiée dans l'application dévote du culte isiaque. On l'avait accusée de fratricide.

Sed, quia argumenta defuerunt, e custodia emissa est. At Dinocrates, postquam sententia data est, an uis utrum momentum apud Iuniam ? ex illa sinceram confessionem impetravit, quæ nullam dubitationem habebat. Nec satis habuit uerba auribus accipere, qui abs illa confessum chirographum peteret. Tum hic purus homo, hic integer fama sacerdos, mecum hoc incredibile pactum fecit quod Iuniam Secundam ducerem, quæ conubio quamdam honestatem reconciliaret atque ego, propter fraterni parricidi chirographum, obsequiosa et dedita decenti muliere ex uoluntate mea fruerer.

– Non capio qui hoc pactum uobis prosit, inquit C. Dexter in Balbino oculos defigens.

– Verum hæ nuptiæ nihil erant nisi uersutia. Sacerdos enim exoptabat ut eam probrosam mulierem ducerem, quia Thraciæ præfuturus eram, ditissimæ prouinciæ et præterea mihi suasit ut mei commodi causa Secundæ chirographo uterer.

– Quo pacto? rogauit C. Dexter.

– A Thraciis maxima uectigalia exigerem atque recepta cum eo partire. Si autem de repetundis iudicium constituerent, se polliceri me e uadis emersurum esse, cum dæmoniem, quæ me fascinauisset, Iuniam Secundam fuisse prædicaret. Sic enim uno animo iudices fuisse qui eam fraterni parricidii insontem nuntiarent, cum ea noxia esset. Tum nobis placere Iuniæ Secundæ chirographum scænice exhiberi; quod documentum priorem actionem conuellisset, quia dæmonie ducente egissem. In aliud forum rem transferri atque nos tanta dilatione uti ut pecunia nostra fructuosa esset et plerosque legatos Thracios labefaceremus qui querelam litemque deponerent.

– Quæ obscura et scelerata machinatio! inquit C. Dexter. Cum res prospere cedere possit, cur mihi totum artificium confiteris? Conscientia morderisne an subito audacia cares ? Inuenistine uitium tam bene institutæ fabricæ?

– Minime, sed nunc legatos Perinthios cognoui, quos certum habeo incorruptos fore. Præterea callidissimo Gaio Petronio rem tradiderunt quem Dinocratis artes non conturbabunt. Peiora etiam timeo. Stulte enim egi, sed me pænitet. Profecto erraui, indignum est Romano magistratu qui sum. Confiteor me ad opem tuam confugere aliquando uoluisse. Vnius rei certum esse uelim, quod si forte a Iunia Secunda interfectus uel dumtaxat aqua et igni interdictus sim, mihi placeat te Marcum meum curare.

– Qua autem re putas Iuniam Secundam tibi noxæ esse uel tuam necem cogitare?

– Nimirum ad uitandam capitis poenam. Iudices enim in parricidis non irident atque ei non aliud consilium est ut multam uitet quam iudicium de repetundis prohibere, id est me interficere.

– Recte dicis, inquit Dexter, at quomodo Secunda institutum uestrum cognouisset ? Quomodo ea scire potest te iudicium de repetundis infirmare cum maleficorum cantaminum momentum causati essetis?

– Heri Sacerdos, cum a nobis discederet, Secundæ chirographum mihi tradidit. Et cum coram illa et palam faceret, illa uidit. Ex eo tempore inquietus sum ac mihi filioque timeo.

Mais faute de preuve, on la laissa en liberté. Dinocrate, violence ou influence, obtint d'elle, une fois la justice prononcée, une confession sincère qui ne laissait place à aucune ambiguïté. Non content de l'avoir entendue, il lui demanda de confier à l'écriture ses aveux. Et ainsi ce saint homme, ce prêtre au-dessus de tout soupçon, me proposa l'incroyable marché suivant : j'épouserai Junia Secunda, qui par ce mariage retrouverait une certaine honorabilité, de mon côté j'aurais la jouissance d'une superbe créature complètement soumise et tenue à ma discrétion, par la preuve écrite du meurtre de son frère.

– Je ne comprends pas l'intérêt de cet accord, fit mon maître en fixant Balbinus.

– En fait, ce mariage n'était qu'une fourberie. Le prêtre me choisissait pour époux de cette femme perdue parce que j'étais sur le point de gouverner la Thrace, une très riche province. Il me persuada d'utiliser à profit la confession écrite de Secunda.

– Comment ?

– Je devais pressurer ma province d'impôts et partager la récolte avec lui. Si un procès en concussion était ouvert contre moi, il se faisait fort de me sortir de ce mauvais pas en prétendant que Junia Secunda était une femme démoniaque, sous les ensorcellements de qui j'étais tombé. Tout comme un jury complet et unanime, qui l'avait déclarée innocente du meurtre de son frère, alors qu'elle était coupable. Nous trouverions bon de sortir théâtralement, la confession écrite de Junia Secunda. Cette preuve devant annuler le procès de concussion, puisque j'aurais agi sous influence démoniaque. L'affaire aurait donc été renvoyée devant une autre juridiction. Et nous aurions mis à contribution le temps ainsi gagné, pour faire fructifier notre fortune et pour corrompre la majorité des ambassadeurs Thraces qui abandonneraient plainte et procès.

– Quelle intrigue infâme et ténébreuse ! fit Tiburce Dexter. Mais pourquoi m'avoues-tu toute votre manœuvre alors qu'elle peut réussir. Aurais-tu des remords ? Manquerais-tu subitement d'audace ? Aurais-tu découvert un grain de sable dans un rouage si bien huilé ?

– Pas vraiment, mais maintenant, je connais les ambassadeurs de Périnthe ; ils ne succomberont pas à la corruption. En plus ils ont confié leur affaire au très doué Gaius Petronius, que n'impressionnera pas la démonstration mystique de Dinocrate. Je crains même le pire. Ainsi, j'ai agi sottement et je m'en repens. Je me suis laissé égarer, c'est indigne du magistrat romain que je suis. J'avoue avoir voulu, un moment, demander ton aide. Je voudrais être sûr d'une seule chose, si d'aventure je suis assassiné par Junia Secunda ou tout simplement condamné à l'exil et à la perte de mes biens, j'aimerais que tu t'occupes de la destinée de mon cher Marcus.

– Mais pourquoi penses-tu que Junia Secunda voudrait te nuire, voire te tuer ?

– Pour éviter d'être condamnée à mort, bien sûr. La justice ne plaisante pas avec les parricides. La seule façon, pour elle, d'éviter cette condamnation est d'empêcher mon procès. Donc de me tuer.

– Tu as raison, dit Dexter, mais comment Secunda pourrait-elle connaître votre dessein ? Comment pourrait-elle savoir que pour sortir de ton procès en concussion, vous prétexterez son influence maléfique ?

– Hier en nous quittant, le prêtre me remit les aveux écrits de Secunda. Sans se cacher, ouvertement. Elle l'a vu. Depuis, je ne suis pas tranquille et je crains pour ma vie et pour mon fils.

– Nonne is membranulum in amuleto tubulato incluserat?

– Profecto. Acerrime, ut opinor, omnia obseruas! At longe abest ut Secunda imperito animo sit. Cum sacerdos mihi amuletum porrigeret, illi ostendit eius confessionem iudicio meo profuturam esse. Memento uerborum quæ Dinocrates dixit.

– Satis, Mehercule!, de infamia uestra audiui, neue in ope mea spem posueris! Quod si consilium dandum est, nolite Secundæ chirographo uti ad uos omni molestia expediendos, sin autem uobis obuiam ibo. Atque mihi crede, satagam ut eam falso fascini facinore absoluam. Remque facile et prospere geram atque, pro Iuppiter!, te et infamem Isis sacerdotem remo adficiam.

Repente longe ante nos rumoribus auditis, calcaria equis subdidimus ut quam celerrime in locum adiremus unde uoces editæ sunt. Aper, magnus mas, cum grege canum et uenatorum turba pugnam conserebat, inque canes, qui recessim cedentes ringebantur, ferociter incurrerat. Vnus e uenatoribus sanguinolentus euisceratusque iacebat. Sætiger ille subito in pauidum equum Marci adulescentis irruit, isque incertum equum regere potiusquam in ferocem aprum, qui in eos irrumpebat, iaculari conabatur. Equus autem pauore captus, ut apri impetum uitaret, de uia exsiluit et equitem dorso depulit. Marcus uero effusus humi supinus procubuit. Eodem tempore, aliquis canis, dentibus protentis, in crassam et sætosam belluam insiluit, apri fauces momordit, sed ille, dum canem deponderat, huic os obtruiuit, huius latera dentibus contudit, hunc horrido tergo suo superiecit.

Marcus canina adgressione uenabuli prehendi tempus habuit, quod ingeniculus præ se protendebat. Aper autem, dum circumagitur, grunniebat. Ceruicis sætæ sanguine redundabant qui nigris crustis concresebat. Dolore odoreque sanguinis sui furebat et rostro mollem terram feriebat, molibus humi circumuolantibus. Cernebat se uenatorum corona cingi atque uidebat rem in extremum discrimen adductam ut sibi oporteret in Marcum impetum faceret.

Omnes intelligere et Balbinus. Tum hic de equo certa manu iaculum proiecit sed, cum eodem tempore bellua impetum facere decerneret, iaculum humi defigebatur. Aper enim iam Marcum clamantem et quiritantem urgebat atque impetu prælatus se uulnerauit, uenabulum rupit, Marcum percussit. Iam Taurus pone adulescentem laqueos iniecit et incolumis Marcus trepida manu machæram cepit, qua magni maris laqueati iugulum perfodit.

Balbinus, qui de filio suo timuerat, degressus est et ad eum cucurrit.

– Hic, inquit C. Dexter, admodum nebulo est, tamen filium suum obseruat et colit. Sed ei ualedicamus et domum reuertamur, nam isto homine flagitioso fessus sum.

– Domine, inquam, domine uelim tibi dicam me modo, cum errarem, deprehendisse Taurum cum Secunda permagni momenti sermonem habentem, hinc metuo ut Balbinus, dum infidelitatem uxoris suspicatur, longe a uero desciscat, nam illa iuuenem centurionem plus quam socium adhibet.

– Il avait enfermé le petit rouleau de papyrus à l'intérieur de l'amulette, n'est-ce pas ?

– En effet. Je vois que tu es un fin observateur ! Mais Secunda est loin d'être naïve. Le prêtre, en me tendant l'amulette, lui a fait entendre un que ses aveux profiteront à mon procès. Souviens-toi des mots de Dinocrate.

– Mais ! j'en ai assez entendu sur vos ignominies, ne compte pas sur moi pour te venir en aide. Et si j'ai un conseil à vous donner, n'utilisez pas la confession écrite de Secunda pour vous sortir d'affaire, sinon vous m'aurez au travers de votre route. Et, crois-moi, je ferai tout pour innocenter cette jeune femme du faux crime de sorcellerie. J'y parviendrai facilement et je vous ferai condamner aux galères toi et ton infâme prêtre d'Isis, par Jupiter !

Soudain, au loin devant nous, se firent entendre des cris. Nous talonnons les flancs de nos chevaux pour nous rendre au plus vite vers l'endroit d'où ils émanaient. Un sanglier. Un grand mâle était en prise avec une troupe de chasseurs et une meute de chiens. Il pourfendait cruellement les chiens qui reculaient tout en montrant les crocs. L'un des chasseurs gisait dans son sang, éventré. La bête, se précipita vers le cheval affolé du jeune Marcus. Celui-ci, tentait plus de garder une précaire maîtrise de sa monture que de menacer de son javelot le furieux sanglier qui boulaît droit sur eux. Le cheval pris de panique fit une embarquée et vida le jeune cavalier pour échapper à l'attaque. Marcus désarçonné, tomba sur le dos. Au même moment, un des chiens bondit, les canines en avant, sur la masse velue du monstre. Il planta ses crocs dans la gorge du sanglier, mais celui-ci s'écrasant de tout son poids lui fracassa les mâchoires, lui défonça les côtes de ses défenses et le projeta par-dessus son dos hérissé.

L'attaque du chien avait donné à Marcus le temps de se saisir de son épieu. Il posa un genou à terre, pointant son arme devant lui. Le sanglier grognait en pivotant sur lui-même, les soies de son cou ruisselaient de sang qui par endroit coagulait en grosses plaques noires. La douleur, l'odeur de son propre sang le rendait fou furieux. Il donnait de grands coups de boutoir dans le sol meuble faisant voler autour de lui des masses d'humus. Il se savait cerné par les chasseurs et ne voyait comme dernière issue qu'une charge sur le jeune Marcus.

Tous le comprirent. Balbinus aussi. Du haut de son cheval, il lança d'une main sûre son court javelot. Mais la bête se décida au même moment de charger. Le javelot se fixa dans le sol. Le sanglier était déjà sur Marcus qui criait, appelait au secours. Emportée par son élan, la bête se blessa. Brisa l'épieu. Bouscula Marcus. Au même instant derrière le jeune homme, Taurus lança son filet. Sauvé Marcus prit nerveusement son couteau de chasse et trancha la jugulaire du grand mâle entravé.

Balbinus, qui avait eu peur pour son fils, mit pied à terre et courut vers lui.

– Cet homme, dit alors mon maître, est une fripouille pourtant il couve son fils et l'aime. Mais, allons le saluer et rentrons à la maison. Je suis las de cette canaille.

– Seigneur je voudrais te dire que tout à l'heure, lorsque je m'étais égaré, j'ai surpris une conversation très intéressante entre Taurus et Secunda. Je crains que Balbinus ne soit pas si loin de la vérité en soupçonnant sa femme. Elle a plus qu'un allié en la personne du jeune centurion.

Venatoribus appropinquauimus. Victor duumvir, Taurus centurio et Procne, e ræda descensa, adulescentem Marcum circumstabant qui etiamnunc memor egregii facti horrescebat. Puella ex argento pateram tenebat in quam uinum perfudit, quamque adtollens dis gratias dedit qui Marcum seruauissent. Libato, illa prius pateram tersit quam denuo in eam uinum fudit Marcoque porrexit. Is autem labia umectauit, Procne uicissim gustauit et pateram circumtulit, iuuenem centurionem impudenter inspiciens. Ego uero animaduertebam alteram alteri subridere, qua ex uice exspectatio mea mouebatur.

Dominus eis salutem plurimam dicit, postea cum quæreret ubi Secunda esset ut eam ualere iuberet, a ræda clausa, quam in puluerulenta uia tolutiles equi trahebant, Balbinum redeuntem uidimus.

– Fessa est Secunda, inquit ille calicem capiens. Consopita est in rædæ puluinis. Nihil adinet ei molestiam adferri, salutem uero uerbis tuis ei nuntiabo.

Cum in itinere siluam adiacente et ad uillas circumdatas serpente gradu equitaremus, C. Dextro tradebam colloquium inter Taurum et Secundam factum. Videlicet, dominus C. Tiburtius Dexter non fuisset nisi ex me peteret ut eum in speluncam ducerem. Tum aduersus saxa iuimus et speluncam, quam pubes Tusculana Testudinem Amorum iure nuncupabat, adtinimus.

Etenim, cum iam eo animo essem ut præcisius loci situm spectarem, multa indicia ante oculos ponebantur, e quibus patebat multos ab eo loco iuuenum amores, inuolucro socio, tectos esse. Nam non erat unus stipes sine inscriptionibus, quæ aliæ cum aliis ardenti amore concertabant et admodum lepidissimæ.

Equis deligatis, in antrum introiuimus quod uastissimum et maxime atrum erat, cuiusque solum tenero et spisso musco est opertum. Ad parietem acutos oculos dominus intulit. Versus autem duos recenter inscriptos uideri poterant, quibus C. Dexter adpropinquauit, ad quos se demisit, quos mihi audienti legit:

Tutrici Veneris, grates agimus tibi magnas,

Vmbrarum impatiens iamque nitebit amor.

P.M.M.C.

Quibus recentibus inscriptionibus præstrictis, Dexter in saxeo puluere quem delibauerat minutulas et coruscas particulas mihi ostendit.

– Ex auro sunt, inquit. Hoc distichon aureola cuspide inscriptum est.

– Domine, præfiscini dixerim, studium tuum paruorum curandorum non intellego, cum plus mea intersit te quid hæ litteræ quattuor PMMC ualeant explanare.

– Bone Stolo!, contemptim inquit ille mihi stomachum mouens, circumspice! Primis nominum litteris arbores rupesque incisæ sunt, amantes enim primas suorum nominum notas coniunctas inscribere solent. Patet, ut opinor, ab his litteris quattuor auctores distichi se notare. Ex quo fit ut demonstrare possimus hanc speluncam Procnes et M. Metilii Cæciliani amori receptaculum fuisse. Modo enim eo uenerunt et mihi latebris suis uale dicere uidentur, cum nunc eis propalam amare liceat.

Nous approchâmes des chasseurs. Le duumvir Victor, Taurus le centurion et Procne, descendue de la ræda, entouraient le jeune Marcus encore tout tremblant de son exploit. La jeune fille, tenait une coupe en argent. Elle y versa du vin et soulevant le calice, remercia les Dieux d'avoir sauvé Marcus. La libation faite, elle nettoya la coupe avant de la remplir et de la tendre à Marcus qui y trempa les lèvres. Procne but à son tour et fit circuler la coupe, non sans regarder effrontément le jeune centurion. Je remarquai alors un échange de sourires entre eux qui m'intrigua.

Mon maître les salua tous, puis comme il demandait où était Secunda, pour lui faire ses adieux, nous vîmes Balbinus revenir de la voiture close, qui repartait au trot sur le sentier poudreux.

– Secunda est fatiguée, dit-il en se saisissant de la coupe. Elle s'est assoupie sur les coussins de la ræda. Inutile de la déranger, je lui ferai part de tes salutations.

Tandis que nous chevauchions au pas sur le chemin qui longeait le bois et serpentait vers les fermes alentour, je rapportais à Tiburce Dexter la conversation de la grotte entre Taurus et Secunda. Et, bien sûr, mon maître n'aurait pas été Tiburce Dexter, s'il ne m'avait pas poussé à le conduire à la caverne. Nous bifurquâmes donc vers les rochers et atteignîmes la grotte que la jeunesse de Tusculum surnommait, avec raison, la Voûte des amours.

En effet, maintenant que j'étais disposé à regarder plus précisément la disposition des lieux, s'étaient devant mes yeux maints signes que cet endroit cachait, d'un voile complice, de nombreuses amours juvéniles. Il n'était pas un tronc d'arbre vierge d'inscriptions toutes plus enflammées les unes que les autres et qui ne manquaient pas de charme.

Nous attachâmes nos chevaux et pénétrâmes dans la caverne. Celle-ci était spacieuse mais très obscure. Une mousse tendre et épaisse en tapissait le sol. Le regard perçant de mon maître se posa sur la paroi. On pouvait apercevoir deux lignes récemment gravées. Tiburce s'en approcha, se pencha et je l'entendis déchiffrer :

Tutrice de Vénus, nous te rendons moult grâce,

Las de l'obscurité l'amour resplendira.

P.M.M.C.

Après avoir effleuré les caractères fraîchement incisés, Dexter me montra, parmi la poudre de roche qu'il avait recueillie des particules brillantes et minuscules.

– C'est de l'or, dit-il. On a tracé cette strophe avec une pointe faite en ce métal.

– Seigneur, si je puis me permettre, je ne comprends pas ton habitude de t'attacher aux détails, alors que ce qui me semble important serait que tu m'expliques ce que veulent dire les lettres P.M.M.C.

– Brave Stolon ! fit-il de ce ton condescendant qui échauffe ma bile, regarde autour de toi. Les arbres et les rochers sont couverts d'initiales. Les amoureux ont l'habitude d'y graver en les accolant les lettres initiales de leurs noms. P.M.M.C sont certainement les auteurs de ce distique. Nous pouvons donc en déduire que cette caverne a servi de refuge aux amours des jeunes Procne et Marcus Metilius Caecilianus. Ils y sont venus récemment et semblent dire adieu à leur cachette, maintenant qu'ils peuvent s'aimer au grand jour.

– Omnia, domine, ueri similia sunt, sed confirmare non potes.
– Illinc id studium, sicut iure dixisti, paruorum curandorum. Pro certo habeo hos uersus aureo mucrone incisos esse. Commemora igitur quæ Procne in auribus habuerit.

– Aurea stalagmia!

Sicine Tusculi fiebat? Mene e quieto somno numquam expergefieri? Alterius enim diei mane, sicut pridie eum diem, equitum conuicium de somno me excitauit. Tum autem uillæ cohors ab equitibus fere decem Secundæ Parthicæ inuasa est sub solis occasum splendentibus, quorum ducem, Messalinum tribunum, recognoui, qui idem Tiburtii Dextri celeritatem, qua abhinc aliquot menses Lucani Ardeatis cursui finem fecerat, miratus est.

Ab equo desiluit, gradus ascendit, ianuam palmis tutudit. Vixdum serui male experrecti fores aperuerunt, uestibulum transiuit et, dum dominum meum appellat, in atrium irrumpit.

– Dexter, Dexter! Nefarium perpetratum est. In conclau Metilius Balbinus gladio percussus inuentus est uxorque eius fugiens periit. Sed, mehercle, sontem deprehendi et cepi!

– Tranquillo consiste animo! inquit C. Dexter subridens. Reside et mihi dic sedato animo quæ scias. Ne diligentiam cum agitatione commiscueris!

– Hoc mane, paulo ante albentem cælum, Marcus e conclau patris magnum clamorem audiuit, accurrit. Ancilla Balbinum iuxta parietem in semet conuulsum inuenerat: hunc mortuum esse, gladio pectus percussum. Me uenire iussit Marcus et, cum in sceleratum locum peruenirem, strepitum currus quam celerrime fugacis audiui. Cum adulescens nouercæ rædam recognouisset, equitibus duobus imperaui ut eam adipiscerentur. Bigæ uero in siluam progrediebantur atque eo penetrauerunt. Via repente deflexerunt, axem ruperunt, in præceps iuerunt. Equites e ræda dirupta muliebri corpus extraxerunt, cuius manus in pugnum compressa membranulam comprehendebat. Cadauer in Balbini uillam deductum Iuniamque Secundam necessarij dinouerunt. Non sine molestia perfecimus ut e manu chartula exciperetur... agedum, Dexter lege.

Dominus chartulam sumpsit et:

– "Dii nobis," legit, "propitii fuerunt. Ad me, in speluncam nostram accurre! Te exspecto. Quam postremum concordēs et felices derelinquemus."

– Procne, suscepit Messalinus, puella de familia nobis se obtulit nos in hunc specum ducturam. Quo autem adtacto, equos duos deligatos uidimus, e quibus unus, strato perpenso, sine dubio militis erat. Bene conieceram! Nam in antro consopitum centurionem, qui P. Sulpicius Taurus erat, deprehendimus et adprehendimus. In uagina gladium nacti sumus sanguinolentum. Et homicidam et scelerata arma celeriter inueni! Ob eamque rem laudem mereor plurimam.

– Quid eum mouit? rogauit Dexter. Quod sceleris incitamentum fuit?

– Videlicet scelestus amor, quo hic centurio erga Secundam ardebat.

– Quis tibi de hoc amore dixit? Quomodo eum patefecisti?

– Tout cela est vraisemblable, seigneur, mais tu n'en as aucune preuve.
– Voilà pourquoi je m'attache, comme tu le dis si justement, aux infimes détails. Ces lignes ont été gravées dans la roche avec une pointe en or, c'est sûr. Rappelle-moi donc ce que portait Procne aux oreilles.

– Une paire de pendeloques en or.

Devait-il être écrit que les réveils à Tusculum ne seraient jamais calmes? Au matin du deuxième jour, comme la veille, je fus tiré du sommeil par le vacarme des cavaliers. Cette fois, la cour était envahie par une dizaine de soldats montés de la 11^{ème} Parthique, étincelants au soleil levant. Je reconnus leur chef, le tribun Messalinus. Le même qui avait été enthousiasmé par la rapidité avec laquelle Tiburce Dexter mit fin à la carrière de Lucanus l'Ardéate, quelques mois plus tôt.

Il sauta de sa monture, monta les marches, tambourina aux portes. A peine les esclaves mal réveillés lui ouvrirent, qu'il franchit le vestibule et fit irruption dans l'atrium, tout en criant le nom de mon maître.

– Dexter, Dexter! un crime horrible a été perpétré. Metilius Balbinus a été retrouvé dans sa chambre percé d'un coup de glaive et sa femme s'est tuée en fuyant. Mais, par Hercule, j'ai découvert et arrêté le coupable!

– Garde donc ton sang froid, fit Tiburce en souriant. Assieds-toi là et dis-moi calmement ce que tu sais. Ne confonds pas célérité et précipitation.

– Ce matin, peu avant l'aube, Marcus entendit un grand cri dans la chambre de son père. Il accourt. Il découvre Balbinus recroquevillé contre un mur. Il était mort. La poitrine percée d'un coup d'épée. Marcus m'envoya chercher. Je parvins sur les lieux du crime, quand un bruit de charrette fuyant à vive allure se fit entendre. Le jeune homme reconnu le char de sa belle-mère. J'ordonnai à deux cavaliers de la rattraper. La voiture se dirigeait vers les bois et s'y engouffra. Soudain, elle bascula hors du sentier, brisa l'un de ses essieux et s'écrasa en contrebas. Mes cavaliers retirèrent des débris de la voiture le corps d'une femme, qui tenait dans son poing fermé un petit rouleau de papyrus. Le corps fut ramené à la villa de Balbinus. Sa famille reconnut Junia Secunda. Avec quelques difficultés, nous parvînmes à retirer de sa main le message qu'elle tenait... tiens, lis-le Dexter.

Mon maître se saisit du feuillet et lut :

– « *Les Dieux nous ont exaucés. Viens vite vers moi, hâte-toi vers notre caverne. Je t'y attends. Alors, ensemble et heureux, pour la dernière fois nous la laisserons derrière nous.* »

– Procne, une jeune fille de cette maison, poursuivit Messalinus, me proposa de nous conduire à cette caverne. Arrivés à la grotte, nous vîmes deux chevaux attachés. L'un d'eux, vu son harnachement ne pouvait être que la monture d'un soldat. Bonne déduction! Dans la caverne, nous surprîmes un centurion endormi. Nous nous saisîmes de lui. C'était P. Sulpicius Taurus. Nous trouvons son épée au fourreau, elle est souillée de sang. Je mérite des louanges, j'ai rapidement trouvé l'assassin et l'arme du crime!

– Mais le mobile? demanda Dexter. Quel est le mobile de ce crime?

– L'amour misérable de ce centurion pour Secunda, bien sûr!

– Qui t'a parlé de cet amour? Comment l'as-tu découvert?

– Tibi, Gai, me æquipero quia ut omnia liqueant mea magni interest. Se innocentem dicere non desinebat Taurus, sed primum animi infractione, deinde, ubi ad Iunia Secundæ corpus perductus est, eius fletu turbationem protulit. Ad confessionem premendam carnifici hunc nefarium centurionem præbui et, cum ardentes laminæ trepaliūque proponerentur, insons ille animum demisit, adulterium et scelus confessus est. Numero omnia iam procedent. Minus uno mense interiecto res Tauri in iudicio erit eumque iudices capite damnabunt. Dedecori enim legioni est iste, nam scelus perpetrare potiusquam Curiales Tusculanos ad delubrum Saturni deducere præoptauit, cum Victor duouir auctoritate sua usus esset ut Taurus ipse comitatu præesset. Ille uero in speluncam se abdebat ut sociam exspectaret. Ecce res celeriter acta! Qua sic gloriabar ut, ubi primum Marcus te in Tusculano tuo esse mihi dixit, cor in pectus emicaret et apud te sine mora uenirem. Confirmaui me strenuum et diligentem fuisse... ne multa, Gai, æmulus tuus sum.

– At, mi Messaline, timeo ne spe frustraris, nam in Taurum crimini non credo atque me offero contra id crimen defensionem curaturum. Huic statim opem sum laturus meam.

Romæ Tauri iudicium actum est, Vrbi præfecto Proculo præsidente, in basilica Iulia. Accusator erat inueteratus causidicus maxime illecebrosus et ab æqualibus cognitus tamquam homo summo ingenio præditus, P. Aurelius Decimus ille. Vsus et abusus est loquendi arte, qui ut in iudiciis uarios animorum motus excitaret studebat, persuasus ille, ut didicerat, rem patrono bene succedere si placeret, doceret, moueret.

Lautissimam togam patronus sibi induerat et lento gradu, dum loquitur, gradiebatur. In artificium uocem insumebat et sonum ad uerba conuenientem instituebat. Sermo eius enim modo mitis, modo mordens fiebat, tremensque locis grauitatis. Ille autem eundem sonum amplificabat, cum proposita ad mores pertinentia pronuntiaret. Sententiæ eius enim apte coniunctæ numerose dictæ erant, quas nitida concinnitate claudebat. Ne multa, diserte, recte, ad persuadendum accomodate dicebat. Ego uero existimabam C. Dextrum magnopere laborare ut cum P. Decimo ex æquo concertaret.

In prooemio causidicus ex audientibus percontabatur num cui liceret sinere bestiam tamquam Taurum in hominibus uiuere? Neque eodem temporis momento dubitauit quin nominis originem commonefaceret ex quo centurio in bestiarum genere inesse uidebatur. "Ab omnibus militis muneribus defecisse et ab omni humanitate. Scelus uero non furorem haberi neque insaniam... immo præparatum scelus, terribile nefastum, meditatatum facinus, facinoris conscientiam! Taurum tandem scelus confiteri quod si non fecisset, prudentem iustitiam effugere non potuisset. Omnia illum reum indicare, et agendi motum, qui impatiens et sceleratus amor esset, et scelerata arma, cruentum ense inque uaginum conditum." Erat enim Tauri gladius. "Hasque litterulas, e quibus eius sociam in antrum conuenire iussam, quo in antro sceleratum amorem se abdere. Iudices uero certiores factos coram sese esse, inter custodes tristem, sceleratissimum hominum qui nullam ueniam mereretur."

– Je suis comme toi, Tiburce, j'aime tout comprendre. Taurus ne cessait de se dire innocent, mais sa prostration, puis ses pleurs, quand nous l'avons conduit devant le corps de Secunda ont trahi son trouble. Et pour obtenir ses aveux, j'ai confié ce mauvais centurion au bourreau. Devant les lames chauffées à blanc et le chevalet, l'innocent Taurus s'est effondré. Il a tout avoué son adultère et le meurtre. Tout va aller vite désormais. Dans moins d'un mois Taurus sera jugé et condamné à la peine capitale. Cet homme est la honte de notre légion. Il a préféré perpétrer un crime plutôt que d'escorter le Conseil de Tusculum vers le temple de Saturne. Victor, le duumvir, avait même usé de son influence pour que ce soit Taurus qui commandât l'escorte. Mais lui se cachait dans une grotte à attendre sa complice. Voilà une affaire rondement menée ! J'en ai éprouvé une telle fierté, que quand Marcus m'a dit que tu étais en ta propriété de Tusculum, mon sang a bondi dans ma poitrine et je suis venu à toi sans attendre. J'ai fait preuve de rapidité, d'efficacité... bref, je suis ton émule, Dexter.

– J'ai bien peur de te décevoir, mon cher Messalinus, mais je ne crois pas en la culpabilité de Taurus. Et je me propose de m'occuper de sa défense, je vais de ce pas lui offrir mon aide.

Le procès de Taurus se déroula à Rome, sous la présidence du préfet de la Ville Proculus, dans la basilique Julienne. L'avocat chargé de l'accusation était un vétéran du barreau, terriblement convaincant et reconnu par ses pairs comme très doué, le célèbre Publius Aurelius Decimus. Il usa et abusa de son art rhétorique, cherchant à éveiller parmi les jurés une large palette de sentiments, convaincu, comme il l'avait appris, qu'un avocat réussissait dans son art s'il charmait, s'il prouvait et s'il émouvait.

L'avocat avait mis sa plus belle toge, il marchait tranquillement tout en parlant. Sa parole participait aussi de l'art. Le ton s'accordait avec les mots. Tantôt sa voix se faisait douce, ironique parfois, des trémolos pendant les moments pathétiques, il grondait lorsqu'il abordait des thèmes moraux. Et ses phrases, construites artistiquement, jouaient sur le rythme des syllabes. Il savait composer de belles clauses. Une langue efficace, juste et convaincante. Je pensais que Tiburce Dexter aurait beaucoup de difficultés à lutter contre P. Decimus sur ce plan.

Dans son exorde l'avocat demandait à son auditoire si l'on pouvait laisser vivre parmi le genre humain un être aussi bestial que Taurus. Il n'hésita pas à ce moment de rappeler l'étymologie du nom du centurion, qui ramenait au monde animal. « Il a manqué à tous ses devoirs de soldat et à toute humanité. Quant au crime, lui-même, il ne s'agissait pas d'une colère subite, d'un acte de folie... non, crime réfléchi, crime horrible, acte calculé, complicité. Taurus a fini par avouer son crime et ne l'aurait-il fait qu'il ne pouvait échapper à la justice basée sur la raison. Car enfin, tout l'accusait. Le mobile : un amour coupable et impatient, l'arme du crime : un glaive ensanglanté et retrouvé dans son fourreau. » L'arme était effectivement celle de Taurus. « Et cette note écrite, ce mot qui demandait à sa complice de le rejoindre dans une caverne. Caverne qui cachait leur amour misérable. Les jurés devaient être assurés qu'ils avaient devant eux, prostré entre deux gardes, un horrible criminel qui ne méritait aucune pitié. »

Postea ad parentes defuncti ille actor conuersus est ut Marcum deflentem, Balbini clientes tacentes et uigilantes, curiales Tusculanos pretiosissime uestitos, Victorem duumuirum et eius pinguem uxorem, infractis animis sed grauibus frontibus, cum ambo indolescerent, præberet. Tum miserum Ser. Metilium Balbinum laudare coepit: "Virum illum, patremfamilias amatum amandumque, nefasto scelere oppressum esse. Magisquam patremfamilias ciuium enim Tusculanorum fuisse patrem. Oppidanis primum omnibus honorum gradibus functum esse, deinde Romæ. Quis inmemor esset illum singulos magistratus recte gessisse? Nonne ob honestatem et sapientiam suam electus esset, a cæsare Gordiano, amatissimo imperatore, ut locupletæ prouinciæ Syriæ præesset? Proceres Perinthios in hominem tam probum, tam integrum iudicium de pecuniis repetendis committere uoluisset, sed eos nunc hoc actum turpiter fuisse confiteri. Eos enim sine fide et temere egisset. Ceterum legatos pulcherrimis uestibus indutos iudicio adesse ut uiro, qui duos annos perite prouinciam administrauisset, opem obstarentur. Ciues etiam Tusculanos, eius familiares et conciuues, ei auxiliari atque eum a mala causa tueri properauisset. Fatum uero obstitisse ne iudicium fieret, Balbini enim necem finem fecisset litigiis. Quod si Balbinum fatis uetitum esse ne dignitatem contra legatos Perinthios defenderet, iudicium tamen esse eius interfectorem firmissime condemnare."

"Qualem uero interfectorem!" Tum causidicus ad Taurum se uertit. Hic autem qui in principio se innocentem esse proclamabat, oculis demissis, manibus coniunctis inter genua immobilis residebat. "Qualem uero interfectorem!" P. Decimus clamabat cum eum furenti digito designaret. "Militem. Virum tamen ad ciues defendendos non interficiendos delectum." Postid causidicus Tauri militiam patefecit. "Caudicem esse istum! militem pigrum et amatione erosum. Taurum in exercitu Germanico militauisset et multos Barbaros ultra modum necauisset. Quidni id satis habuisset? Iam Barbaros ei non satis esse, ei etiam ciuium sanguinem bibendum esse neque istum dubitare quin honestissimum eorum feriret. Videlicet istum militiæ de armis doceri neque istum dubitare quin uenationem cum bello æquipararet. Hebetique militi isti nullam moram esse quin omnia puellæ suæ auderet: Iunia Secundæ. Taurum enim fecisset, Secundam consuluisse."

"Quæ igitur esset Iunia Secunda? Ignobilis mulier ex humillimo loco educta. A quo uiro? A Metilio Balbino ipso quem non dubitatura esset quin perimeret. Iudices enim huius dignitatem humilitatem illorum animaduersuros esse. Quam mulierem ingratham et beneficii inmemorem interfecisset, uirum ab amante interfici iussisset. Sordidos animos, turpia consilia! Mulierem impiam ignobilemque. Per occasionem huius sceleris, ad nouum et inuidendum locum uiri iunioris amorem addere uoluisset. Opportuisset impedimentum auferrent, opus fuisse uiro preempto... quod eos fecisset!"

Cum P. Decimus se iudicium animos permouisset intellexeret, uocem sedauit. Iam nobis funestissimum scelerum expositurus erat. "Maleficos uero homines ambos, inuidia erosos, et benignum uirum et comem hospitem inuerecunde de medio sublaturus esse. Pridie enim diei scelerati, nescium atrocitatis futuræ, Balbinum ad uenationem conuocauisset interfectorem."

Puis l'avocat se tourna vers la famille du défunt. Il montrait le jeune Marcus en pleurs, les clients de Balbinus silencieux et attentifs, les notables de Tusculum revêtus de leurs plus riches vêtements. Le duumvir Victor et sa grosse épouse abattus et dignes dans leur malheur. Il se mit alors à faire l'éloge de la victime, Servius Metilius Balbinus. « Cet homme, disait-il, patron estimé et estimable, victime d'un crime crapuleux. Plus qu'un patron, c'était un père pour les citoyens de Tusculum. Il avait franchi, d'abord localement, tous les degrés des honneurs, puis à Rome. Qui ne se souvenait de sa probité dans chacune de ses magistratures ? Ne fut-il pas choisi, grâce à ses compétences et à sa droiture, par le César Gordien, empereur bien aimé, pour gouverner la riche province de Thrace ? Les bourgeois de Périnthe voulaient intenter un procès en concussion contre un homme si droit, si intègre. Ils reconnaissent aujourd'hui la bassesse de leur action. Ils ont agi précipitamment, sans preuves. D'ailleurs, les ambassadeurs Périnthiens revêtus de leurs plus beaux atours sont présents à ce procès. Ils sont venus témoigner de leur soutien l'homme qui gouverna si sagement pendant deux années. Même les citoyens de Tusculum, ses concitoyens et amis, n'avaient eu qu'une hâte de l'aider, de le soutenir dans ce mauvais procès. Le destin à empêché que ce procès n'ait jamais lieu, la mort de Balbinus a clos toute chicane judiciaire. Mais si les destins ont interdit à Balbinus de défendre son honneur face aux ambassadeurs de Périnthe, il est du devoir des jurés de condamner très fermement son assassin. »

« Et quel assassin ! » L'avocat se tourna alors vers Taurus. Celui-ci, qui criait son innocence en début de séance, se tenait assis et immobile, les yeux baissés les mains jointes entre ses genoux. « Quel assassin ! » Criait l'avocat en le désignant d'un doigt réprobateur. « Un soldat. Un homme engagé pour défendre ses concitoyens et non pour les assassiner. » L'avocat dévoila ensuite les états de service de Taurus. « Une brute. Un soldat sans malice, paresseux et rongé par la galanterie. Taurus avait servi dans les légions du Rhin. Il avait tué plus que son soûl une foule de barbares. Que n'en était-il resté là ? Les barbares ne lui suffisaient plus, il voulait aussi se repaître du sang de ses concitoyens. Osant frapper l'un des plus honorables. Evidemment l'armée l'avait dressé à tuer, il n'hésitait pas à comparer la chasse à la guerre. Un soldat sans malice, prêt à tout pour sa belle : Junia Secunda. Taurus fut le bras, Secunda la tête. »

« Qui était donc cette Junia Secunda ? Une inconnue, sortie du ruisseau. Par qui ? Par Metilius Balbinus, qu'elle n'hésitera pas à faire supprimer. Les jurés remarqueront l'honorabilité de la victime et la bassesse des assassins. Cette femme, ingrate et sans reconnaissance, assassina, fit assassiner son mari par son amant. Sordides gens, ignobles desseins ! Femme sans moeurs et sans condition. Elle voulait associer, grâce au crime, sa position devenue enviable avec l'amour d'un homme plus jeune. Il suffisait de supprimer l'obstacle, il suffisait de supprimer le mari !... Et ils le firent ! »

Décimus sentit qu'il avait touché le cœur des jurés. Il posa sa voix. Il allait nous faire l'exposé du plus abominable des crimes. Deux êtres malfaisants, rongés par l'envie supprimeraient sans remords un mari aimant, un hôte affable. « La veille du crime, sans se douter de l'horreur dont il sera victime, Balbinus avait convié à une partie de chasse son assassin.

Sub tecto prædæ cenare, cum eo uiro etiam, cuius cædem excogitaret, aquam panemque communicare! Nam sine ullo dubio hoc scelus præmeditatum esse, Taurus istum nenantem scire se conuiuatore interfecturum esse. Quod scelus non insaniam esse neque casum. Minime! Esse facinus præparatum et meditatum et, consilio capto, confectum. Quo autem consilio! Quo horrido consilio!"

"Apris captiuis, festiuam cenam fuisse et uirtutem Marci adulescentis celebratum esse. Secundam autem, quæ male se haberet, ab hac cena afuisse, sed eius uirum non dubitauisse quin, cena fere exacta, ad illam adiret. Balbinum ueniam dedisse, egressum esse."

– Postremum, inquit Decimus, Marce adulescens, genitorem tuum tibi licuit uidere uiuum!

Eodem tempore corona lugubre suspirium edidit, miser Marcus uidebatur omnino flens. "Patrem," suscipit Decimus, "beneficio deorum, fortis filii memoriam secum intulisse in Orcum." Omnes applauserunt. Cui actori, sine ulla dubitatione, certissima persuadendi potentia erat et auditores modo flebiles modo admirantes faciebat, eorum enim, qui adstabant, animos sibi conciliauerat.

C. Dexter, fronte contracta, oculis defixis, auribus intentis, omnia uerba actoris adnumerabat, sibi persuadebatur qui commouere et superare possit, ei pæne omnia audenda esse. Inde erus eum multo studiosius audiebat. Arcessor ille orationem inflauit et ad priorem actionem reduiuit.

"Nocte iam imminente, Taurum simulauisse se in latrinas adire, faucesque, quæ in conclauia ducerent, capessiuisse et, paulo post, reducem se rursus ostendisse atque, cena modo exacta, ipsum foras iuisse. Interim autem homicidam istud facinus perpetrari, neci hospitem dedisse. Postero die, ancillam dominum imo parieti in semet conuulsum inuenisse, illum non per quietem interfectum, adhuc synthese uestitum in fronte et stantem periuisse. Sanguinis enim uestigia in parietem fusa demonstrare Balbinum cæsum secundum parietem humum delapsum esse. Non dubium esse quin, cum familiarem, conuiuam, centurionem ad se reciperet, improuiso et exceptus atque esset occisus. Nihil Balbinum suspectum habuisse, incautum facili scelere occisum. Quam fortem centurionem! Animosum centurionem mortem dedisse, immo uero necem inscio intulisse. Cum Balbini cubiculum prope Iuniæ Secundæ esset, Taurum, qui consciam dormientem se reficiendi causa audiret ut illa postero die mane fugæ sese mandaret, in lectulo scidam cito scriptam posuisse. Hoc scriptum! Quo Secunda certior facta esset illum scelus suum perpetrari eamque sine mora in spelunca expectaturum. Speluncam ab eis notissimam, speluncam quæ eorum infames concubitus tegeret."

Actor ad reum uersus est. "Infittasne is, inquit, te hoc uerbum scripsisse? Nonne manum tuam agnoscis?" Taurus pauore tremens se scidam scripsisse inuitus quidem confessus est. "Ei non licet infiteatur! actor tumidissime suscepit. Est manus suæ, hoc uerbum scripsit iste. Quam stultissimum fuit tanta sceleris documenta derelinquere! Nimirum hoc uerbum, iudices, ad nos non erat scriptum, quo enim Secunda cognoscebat de eius facinore et de loco horaque conuentus certior fiebat."

Plus horrible encore. Cet assassin, après la chasse, participait à la cena donnée par Balbinus pour fêter l'exploit de son fils. Il mangeait sous le toit de sa victime. Il partageait avec l'homme, dont il fomentait le meurtre, le pain et l'eau. Car il ne faut pas en douter, ce crime était prémédité. Taurus savait en dînant qu'il assassinerait l'homme qui lui donnait à manger. Ce crime n'est pas un acte de folie ni un accident. Non ! Il s'agit d'un acte calculé, prémédité et accompli selon un plan. Et quel plan ! Quel terrible plan ! »

« Après la chasse au sanglier, il y eut donc une fête. On célébrait le courage du jeune Marcus. Secunda, qui ne se sentait pas bien, ne participait pas à cette soirée. Ce qui n'empêcha pas son époux, vers la fin du repas, de se rendre auprès d'elle. Il s'excusa et s'absenta. »

– Ce fut la dernière fois, jeune Marcus, dit Décimus, que tu pus voir vivant ton géniteur.

A ce moment, la foule émit un soupir lugubre. On regardait le pauvre Marcus qui s'abandonnait au chagrin. « Le père, bienfait des Dieux, a emporté avec lui, dans le trépas, le souvenir d'un fils courageux, reprit l'avocat. » La foule applaudit. Il ne faisait aucun doute du pouvoir de persuasion de cet avocat. Il faisait passer son public des plaintes à l'enthousiasme. Auditoire conquis.

Tiburce Dexter, le front plissé, les yeux fixes et l'ouïe en alerte pesait chaque mot de l'avocat, persuadé que, lorsqu'on a séduit et subjugué, on peut presque tout se permettre. Mon maître redoubla alors d'attention. L'avocat enfla sa voix et reprit son réquisitoire.

« La nuit allait tomber. Taurus feignit de se rendre aux latrines. Il emprunta le couloir qui donnait aussi aux chambres. Il reparut peu après et, comme la fête se terminait, il sortit également. Mais, entre temps, notre assassin avait accompli son forfait. Il avait trucidé son hôte. Le lendemain, la servante retrouva son maître recroquevillé au bas d'un mur de la chambre. Balbinus ne fut pas assassiné dans son sommeil. Il portait encore ses vêtements de banquet, il fut tué de face et debout. Les traces de sang sur le mur, montrent que frappé à mort il se laissa glisser sur le sol au pied du mur. Il fut certainement surpris et frappé alors qu'il laissait entrer dans sa chambre un ami, un compagnon de table, un centurion. Balbinus ne suspectait rien, victime sans garde, meurtre facile. Quel courageux centurion ! Le brave centurion avait tué, que disait-il ? immolé plutôt un innocent ! Comme la chambre de Balbinus était peu éloignée de celle de Junia Secunda, Taurus qui entendait sa complice dormir, pour récupérer ses forces afin de fuir le plus vite possible le lendemain matin, laissa sur le lit un mot vite écrit. Ce mot ! Il indiquait à Secunda qu'il avait effectué son crime et qu'il l'attendait sans retard dans une grotte. Grotte qu'ils connaissaient parfaitement. Grotte qui cachait leurs infâmes accouplements. »

L'avocat se tourna vers l'accusé. « Nies-tu avoir écrit ce mot ? Ne reconnais-tu pas ton écriture ? » Taurus, effrayé et tremblant, reconnut avoir écrit ce billet. Mais du bout des lèvres. « Il ne peut nier! pérora l'avocat, cette écriture est bien la sienne. Il est l'auteur de ce mot. Sottise, que de laisser derrière soi de telles preuves ! Evidemment, juges, ce mot ne nous était pas adressé. Il rendait compte à Secunda de son forfait et donnait un lieu de rendez-vous. »

"Taurum de prædiis Balbini discessisse eo ut se in speluncam abderet atque ibi Secundam exspectaret. Etenim scitum esse istum ibi noctem consumpsisse, indicibus castrensibus commentariis. Horam exitus commemoratam, sed reditus ignotam. At tamen isti esse imperatum ut militibus præesset qui Curiam Tusculanam ad delubrum Saturni comitarentur. Non tantum istum in castra non rediisse sed etiam, ut cum conscia, quam in spelæo exspectaret, quam celerrime effugeret, alterum equum secum deduxisse. Ræda Secundam ipsam cælo albente fugitaturam, deinde, amante conuento, nouum equum sibi in promptu fore. Postremo ambos uelocibus equis fugæ se daturos esse. Sed id factum esset, si cuiusdam iuuenis tribuni militum strenuitas prætermissa esset, a quo tribuno L. Hirtio Messalino aquilæ Romanæ resplenderent. Hunc enim ratione maximis laudibus digna inuestigauisse atque strenuum ad causam agendam, alacrem ad rem intelligendam, Messalinum ipsum ne interuallum quidem sceleratis permisisset. Tales uero iuuenes nos incitare ad credendum Romæ æternæ. Cum Secundam fugisset, militibus eam insequerentur statim imperauisse. Eamque prope adprehensam, ræda in præceps data mortem obiuisse. Quamuis mortua esset, non tacuisse, namque in manu chirographum amantis tenuisse. Sine mora in speluncam Messalinum esse profectum, ubi a tribuno illo Taurum lentum recubantem humi inuentum. Secundam centurionem exspectauisse, blanditias sperauisse, ut istum errauisse! Deprehensum istum a militibus nostris cruentumque gladium. Satis constare quod scelus, qui nocens esset."

P. Decimus tum se spiritu reciperauit. Frequentia audientium anhelabat: diceret sceleratorum facinora in oculis nostris esse. Decimus enim ingeniosissimus erat. Ad conclusionem denique uenit. "Nemo iam," inquit, "exquirat quis scelus fecerit. Omnibus constat. Taurus et Secunda, improbo, sordido, scelerato amore capti, necem Balbino intulerunt. Sicut dii immortales Secundam peremerunt, homines deorum exemplum sequentur, odioso Tauro addicent mortem!"

Festis ululatibus audientium unda fremuit. Omnes plaudere, alii inter se amplecti, alii lætitiā agitare. Iudices autem reum considerabant, quem infortunatum uirum haberent, præsertim cum audientes consentirent ut is morti addiceretur. Causidicus uero ille iudices sibi conciliauerat. Tum iudices a C. Dextro, qui perditæ causæ defensione fungebatur, quamdam odiosam molestamque orationem exspectabant quæ omnes ad fletum deduceret et misericordiam captare temptaret ubi summo iure sæuiretur.

Apertum erat iudices ad commiserationem non inclinatos esse. Non tantum certum habebant Taurum Secundamque nocentes esse sed etiam eum exempli causa condemnare uolebant : centurionem haud impune rectorem prouinciæ occidisse. Taurus etiam inter custodes duos sedens demissus et fractus uidebatur, cum se innocentem dicere non posset. Documenta enim in eum ad probandum firmissima esse; equum sociæ ante antrum deligatum, chirographum manu eius scriptum, gladium cruentum. Quo modo C. Dexter, quem errare non posse dicunt, eum crimine liberaret, quod fieri non poterat, saltem ei salutem esset?

« Taurus quitta le domaine de Balbinus pour aller se cacher dans la grotte et y attendre Secunda. On sait qu'il y passa la nuit comme le montre le registre de présence du camp. Son heure de sortie du camp est indiquée mais pas son heure de retour. Et pourtant il était de mission, il devait commander à la troupe qui devait escorter le Conseil de Tusculum au temple de Saturne. Mais il ne revint pas au camp et pour fuir encore plus vite avec la complice qu'il attendait dans son repaire, il avait amené un deuxième cheval. Secunda devait s'enfuir à l'aube en voiture, puis après avoir rejoint son amant, un cheval frais l'attendrait. Ils pourraient alors fuir de concert sur le dos de leurs véloces destriers. Mais c'était sans compter sur la rapidité d'exécution d'un jeune homme, d'un jeune officier qui redore les aigles de Rome : le tribun Lucius Hirtius Messalinus. Celui ci mena une enquête digne des plus vives louanges. Prompt à exécuter, vif à comprendre, Messalinus ne laissa aucun répit aux assassins. De tels jeunes hommes encouragent à croire en la pérennité de Rome. Quand Secunda s'enfuit, il la fit poursuivre par ses hommes. Sur le point d'être rattrapée elle trouva la mort dans l'accident de sa voiture. Morte, mais pas silencieuse. Elle portait sur elle le billet écrit par son amant. Messalinus se rendit sans attendre à la grotte. Le jeune tribun y trouva Taurus paresseusement allongé. Le centurion attendait Secunda, il espérait des caresses, erreur. Il fut cueilli par nos braves soldats, son épée fut découverte ensanglantée. Le crime est évident, le coupable désigné. »

L'avocat reprit alors son souffle. La foule haletait, on aurait dit l'action des meurtriers exposés devant nos yeux. Decimus avait réellement du talent. Puis il en vint à la conclusion, à la péroraison. « On ne cherche pas qui a commis ce crime. C'est évident. Taurus et Secunda, mus par un amour coupable, sordide et criminel ont tué Balbinus. Les Dieux dans leur majesté ont fait périr Secunda, les hommes doivent s'inspirer des Dieux, ils doivent envoyer à la mort l'odieux Taurus ! »

La foule ondoya d'allégresse. Tous d'applaudir, certains s'embrassaient, d'autres pleuraient de joie. On aurait dit une immense extase collective. Les jurés regardaient l'accusé. On ne lui donnait aucune chance. De toute façon, le public voulait sa mort. L'avocat avait emporté l'adhésion du jury. Les juges attendaient de Tiburce Dexter, qui était chargé de défendre l'indéfendable, quelque discours ennuyeux qui forcerait sur le sentimentalisme, qui essaierait de faire naître de la pitié où la rigueur la plus franche devait frapper.

Les juges ne céderaient pas à la miséricorde, cela était clair. Ils étaient non seulement convaincus de la culpabilité de Taurus et Secunda, mais en plus ils désiraient faire un exemple. Un centurion ne pouvait tuer impunément un gouverneur de l'empire.

Même Taurus, dans l'enclos des accusés, paraissait abattu, vaincu. Il ne pouvait prouver son innocence et un jugement se fait avec des preuves. Celles contre lui étaient trop décisives. Un mot écrit de sa main et son épée ensanglantée. Le reste n'était que fioriture. Comment Tiburce Dexter, que l'on prétendait infailible quant à l'établissement de la vérité, pourrait sinon l'innocenter, c'était impossible, du moins lui obtenir la vie sauve ?

Præfectus Vrbs tum petiuit ut defensor causam oraret. Repente silentium factum est. C. Dexter de sella surrexit, ad subsellia adpropinquauit, humerum miseri Tauri firmiter tetigit, cui subrisit. Cum tam familiariter egisset, communem reprobationem, quæ sua sponte fiebat, in se commouit. Ad iudices respexit. Erectus et in pedibus firmus et lautissime magnificeque togatus paulum diducta manus in cælum porrexit.

– Re uera uobis dico hunc uirum crimine insontem esse quod in eum inferatis.

Iudices stupere, turba silere. Omnes lacrimosam orationem expectabant quæ misericordiam captaret, sed ante eos stabat qui omnes errare dicebat. Hoc exordium enim aures non permulcebat, ne plura dicam. Necessarii cognatique Balbini clamabant indignum facinus! Vaniloquentiam! Dextrum siue insanire siue petulantissime agere. Nonnulli etiam postulabant ut iudices Taurum indicta causa condemnarent.

– Taurus enim, inquit C. Dexter rumororum neglegens, non reus est a causidico Decimo prædictus, sed sordida machinatione opprimitur. Et, cum pulchre dicere non soleam et arte dicendi admodum caream, omnia tamen quæ dicam et uera et firma erunt, inde, iudices, cogemini ut et mihi fidatis et centurionem crimine liberetis Taurum. Præter si iustitia adeo degener esset ut animos uestros demulcere ad iudicium faciendum satis esset, quod a ueritate dissentiret et summam eloquentiæ laudem tribueret. In hac autem basilica artes liberales præmiis non sancuntur, ueritatem insectamur atque, hic, in hoc Iustitiæ templo, sola illa luceat! Sed in hoc casu eam obumbrauerunt ut ubique fere se abderet, inde opus est recto certoque iudicio ut inueniatur. Eam nudare, iudices, moles erit quam coram uobis conabor.

Decimus prædicat impatientem et impeditum amorem, quo Secunda Taurusque mutuo uterentur, causam esse sceleris. Secunda, ut ait, copias Balbini et conditionem retinere pariter atque amasii amore uti uolebat. Sed si tales tantasque res cupiret, Balbini filius etiam necandus esset. Marcus enim patrimonii heres. At tamen, cum in uenatione aprorum essemus et bellua in adulescentem irrueret quem uulnerare occidereque posset, quis ei opem dedit? Taurus. Nonne aprum irretiuit? Ex quo fiebat ut Marcus seruaretur. Insolita uero uia scelerate acquirendi, dum qui heres erit incolumem seruat. Quam imperitus fur! Quantum parum sollers machinandi! Dii ei nihil agentis occasionem offerebant heredis occidendi. Sufficiebat ut ille sineret aprum mortem inferre. Sed Taurus Marcum seruauit, igitur Balbini res minime concupiscebat.

Immo quæ bona sunt? Omnia fere in solo collocantur, uilla, prædium. Decimus autem iram uestram excitauit dum proponit amantes duos, scelere confecto, in speluncam conuenire conari ut equis Messalinum tribunum et iudices fugiant. Quomodo, cum perfugi et exsules uias percurrerent, patrimonio frui potuissent immobili, quod eos insequi non poterat? Quin etiam ne nummulus quidem e Secunda mortua inuentus est. In fuga salutem ponentes, iterum probo eos Balbini res minime concupiscere.

Le préfet de la Ville appela la défense à s'exprimer. Le silence se fit brusquement. Tiburce Dexter se leva. Il s'approcha du banc de l'accusé, passa une main ferme sur l'épaule du malheureux Taurus et lui sourit. Puis, son geste amical ayant suscité une rumeur de réprobation spontanée et générale, il se tourna vers les jurés. Droit, campé solidement sur ses pieds, revêtu d'une très belle toge aux plis majestueux, il tendit ses deux bras légèrement écartés vers les cieux.

– En vérité, je vous le dis, cet homme est innocent du crime que vous lui faites porter.

Stupéfaction des juges. La foule se tait. Tous attendaient un discours larmoyant, cherchant à susciter la pitié. Ils avaient devant eux un homme qui prétendait qu'ils se trompaient tous. Cette entrée en matière, ne caressait pas l'auditoire dans le sens du poil, c'est le moins que l'on pouvait dire. Les amis, la famille de Balbinus criaient au scandale, à la forfanterie. Pour eux Dexter était soit fou, soit impertinent. Certains voulaient même que l'on passât au jugement de Taurus sans entendre la défense.

– Taurus n'est pas le coupable décrit par l'avocat Decimus, mais la victime d'une sordide machination, reprit Tiburce Dexter, sans se soucier des bruits de la foule. Je n'ai pas l'habitude des beaux discours, je manque de pratique dans l'art de bien parler, mais tout ce que je vais vous exposer sera vrai et prouvé. Et, juges, vous serez alors bien obligé de me croire et de relaxer le centurion Taurus. LXXII. A moins que la justice ne soit si abâtardie, qu'il suffise de vous charmer les sens pour obtenir un verdict non conforme à la vérité, mais soucieux de récompenser un discours. Ce tribunal ne sanctionne pas des ouvrages de l'esprit, mais cherche la vérité. Ici, dans ce temple de la Justice, elle seule doit briller. Or la vérité, dans cette affaire a été bien dissimulée. Elle se cache presque partout. Il faut un jugement droit et sûr pour la retrouver. La dévoiler, juges, sera la tâche que je vais entreprendre devant vous.

Decimus donne comme mobile du crime l'amour impatient et contrarié de Secunda et de Taurus. Selon l'avocat, Secunda voulait conserver la fortune de Balbinus, sa condition sociale et, en même temps, jouir de l'amour de son amant. Mais si tel était le but poursuivi, elle aurait dû aussi se débarrasser du fils de Balbinus. Car Marcus est l'héritier de cette fortune. Pourtant, pendant la chasse au sanglier, alors que la bête chargeait le jeune homme et pouvait le blesser voire le tuer, qui l'a aidé ? Taurus. N'a-t-il pas jeté son filet sur le sanglier pour l'entraver et ainsi sauver Marcus ? Etrange manière de vouloir s'approprier un patrimoine par le crime en sauvant celui qui en héritera ? Quel piètre voleur ! Et combien peu doué pour l'intrigue ! Le destin lui offrait l'occasion de supprimer l'héritier de Balbinus en n'intervenant pas. Il suffisait de laisser le sanglier faire son œuvre de mort. Or Taurus a sauvé la vie de Marcus. Il n'avait donc aucune visée sur les biens de Balbinus.

Ensuite, ces biens quels sont-ils ? Des biens immeubles pour la plupart. Une villa, des terres. Or Decimus excite votre colère en montrant les deux amants, leur crime accompli, cherchant à se retrouver dans une grotte pour s'enfuir à cheval et échapper au tribun Messalinus et à la justice. Comment en parcourant les routes, comme des fugitifs et des exilés, auraient-ils pu profiter d'un patrimoine qui, lui, ne bouge pas et ne les suit pas ? On ne retrouvera d'ailleurs pas même le moindre sesterce sur le corps de Secunda ! En cherchant ainsi le salut dans la fuite, je démontre, une seconde fois, qu'ils n'avaient aucune visée sur les biens de Balbinus.

Nec Taurus nec Secunda res Balbini uindicare poterant, cur autem eum occidissent? Amoris causa? Vt libere Taurum amaret, oportebatne illam manu sua uel aliena maritum occidere? Minime. Hic enim pecuniarum repetundarum reus facturus erat, malumque ei iudicium quod minimum prospere gerendæ rei casum dabat. Secundæ satis erat iudices eum exsilio bonisque multare. Decimus prædicat Secundam consuluisse, Taurum fecisse. Sed ne Tauro quidem opus erat tali scelere inquinari, nam Secundam rapere cumque illa fugere poterat, quod mollius et tutius erat. At tamen, tibi, Decime, consentio, non fugerunt.

Vir enim odiosis minis uxorem tenebat. Secunda uero obses erat inter Balbinum et sacerdotem Isis Dinocratem, cui coniugium extorserunt Chirographo consignatum. Marcus autem, qui chartas a patre relictas habet, hoc instrumentum in scrinio possidet quod oratu meo attulit. Da, sis, iudicibus. Optime. Dinocrates, ut legere potestis, miseræ Secundæ confessionem expresserat de parricidio fraterno quod fecerat. Sed iudices, qui nihil compertum habebant, illam crimine liberauerunt. Quo scripto in eam uti omni tempore poterant. Secundane Balbinum occidit uel occidere iussit ut a minis se eriperet? Hoc adseuerari posse uideatur.

Sed iterum ratio obstat. Tum iam non solum Marcus de medio tollendus esset, qui chartarum paternarum possessor fiebat, sed etiam Dinocratem, qui cum Balbino minarum emolumentum partiebatur. Quam ad rem præterea Secundæ prodesset Balbinum interficere nisi hoc instrumentum recepisset? Id autem non recuperauit, quoniam Marcus in scrinio paterno reperit et in oculis uestris est. Secundæ referebat magis id chirographum surripere quam Balbinum interficere, quod si surripere non posset, ei satis esset exspectare Balbinum in ius uocatum, quippe cum auari præsidis scrinium arcamque in fiscum Cæsar Antonius Gordianus redegisset. Secundæ ergo etiam non oportebat Balbinum occidere. Etenim, iudices, uobis necesse est compertum habere Secundæ Tauroque nullam interficiendi Balbini necessitatem fuisse.

Sed argumenta duo, quia causa deest quam profligauit, uobis præbentur quæ hos amantes condemnet: et gladium cruentum prope centurionem inuentum et scidulam a Secunda mortua retentam. Mihi permittite ut uobis probem uos etiam errare et pro documentis illecebras habere. Præterea, his illecebris constitutis, confirmabo Taurum a culpa esse de qua accusatis. Ergo agnoscetis illum machina oppressum.

Quæ a nobis creditum iri, Decimus miserationem commouens feruida dicendi arte nobis prætendit. At eæ res etiam actorum rationi cedunt. Balbinum a Tauro adprehensum et occisum esse, deinde Taurum in Secundæ cubiculum transiuisse ut scidulam deponeret; postremo in Amorum testudinem aduoluisse in qua, cum secum alterum equum adtulisset, illam exspectaret. Sed tam tranquillo animo ut se somno daret et quasi tiro carperetur. Qui miles!

Puisque ni Taurus, ni Secunda ne pouvaient prétendre au patrimoine de Balbinus, pourquoi l'auraient-ils supprimé ? Par amour ? Pour aimer Taurus en toute liberté devaient-elle obligatoirement tuer ou faire tuer son mari ? Non. Celui-ci allait être jugé dans un procès en concussion. Un mauvais procès pour lui. Il avait peu de chance de le gagner. Secunda n'avait qu'à attendre que la justice envoie son mari en exil et confisque tous ses biens. Decimus prétend que Secunda était la tête et Taurus le bras. Mais Taurus n'avait pas plus besoin de se souiller d'un tel crime. Il pouvait enlever Secunda et fuir avec elle. Solution plus romantique et moins risquée. Et pourtant, je te l'accorde Decimus, il ne se sont pas enfuis.

Le mari tenait sa femme par un odieux chantage. Secunda, en fait, était une monnaie d'échange entre Dinocrate, le prêtre d'Isis, et Balbinus. Mariage forcé et scellé par une confession écrite. Marcus qui a aussi hérité des papiers de son père possède dans ses archives ce document. Je lui ai demandé de l'apporter. Donne le, s'il te plaît, aux juges. Bien. Comme vous pouvez le lire, Dinocrate avait soutiré de la malheureuse Secunda des aveux à propos d'un crime qu'elle avait commis. Elle avait tué son frère. Mais les juges l'innocentèrent par manque de preuves. Ce document écrit pouvait à tout moment être utilisé contre elle. Secunda, alors, a-t-elle tué ou fait tuer Balbinus pour s'affranchir du chantage ? Voilà un mobile plus plausible.

Mais là aussi la raison s'y oppose. Encore une fois, il fallait non seulement supprimer Marcus qui devenait le détenteur des papiers de son père, mais aussi Dinocrate qui partageait avec Balbinus le bénéfice du chantage. En outre, à quoi servait-il à Secunda de tuer Balbinus si elle n'avait récupéré ce document ? Or elle ne l'a pas repris, puisque Marcus l'a retrouvé dans les archives paternelles et que vous l'avez sous les yeux. Secunda avait plus intérêt à voler ce papier qu'à tuer Balbinus. Et si elle ne pouvait le voler, il suffisait pour elle d'attendre que Balbinus passe en jugement. Les papiers du gouverneur cupide, comme sa fortune, seraient devenus propriété du César Gordien. Donc, encore une fois, Secunda n'avait aucun besoin de tuer Balbinus. Messieurs les juges, force est de constater que Secunda et Taurus n'avaient aucune raison de tuer Balbinus.

Mais vous sont présentées, à défaut d'un mobile que je viens de démolir, deux preuves qui condamneraient les deux amants. Le glaive ensanglanté retrouvé auprès du centurion et le mot que tenait Secunda lors de sa mort. Laissez-moi vous démontrer que là aussi vous faites erreur et que vous prenez pour preuves des leurres. De plus, en établissant qu'il s'agit de leurres je prouverai, de fait, que Taurus est innocent du crime dont vous l'accusez. Vous conviendrez donc qu'il est victime d'une machination.

Commençons par le plus simple. Le glaive. C'est bien celui de Taurus, aucun doute. Il est ensanglanté, aucun doute. La blessure mortelle de Balbinus a été faite avec la lame de cette épée, aucun doute. On le retrouve auprès de Taurus endormi, rien de plus vrai. Et alors ? Voyons ce que l'on veut nous faire croire et voyons pourquoi ce n'est pas possible.

Ce que l'on veut nous faire croire, Decimus le Pathétique, nous l'a fait vivre avec toute la chaleur de sa rhétorique. Mais cela non plus ne tient pas devant les faits. Taurus surprend Balbinus et l'occit, il passe ensuite dans la chambre de Secunda pour y déposer un mot, enfin il va dans la grotte aux amours attendre sa belle avec un deuxième cheval. Mais il l'attend avec un esprit si tranquille qu'il s'endort et se fait cueillir comme une nouvelle recrue. Quel soldat !

Decimus autem prædicat milites Taurum artem interficiendi docuisse, quod si recte dixit, milites etiam quo pacto superesset eum docuisse. Centurio autem qui necem sibi imperat non, quoad carpitur, se somno dat. Non ueri simile est. Præterea tam est defatigatus ut gladium tergere neglegat. Attamen miles non cubitum it, armis imparatis. Sed uidelicet Taurus malus miles sit qui in uaginum gladium sanguine inquinatum recondat. Contra disciplinam egit. Cui rei fidere non possumus. Gladius autem id indicat quod huius machinæ auctor in animo habebat gladium cruentum inuentum esse. Neque quolibet neque quemuis gladium. Quo alio instrumento in locum eius maximæ inuentionis, in speluncam certe ducimur, nisi scidula quæ in corpore Secundæ inuenta est, postquam cadens mortem obiuit?

Videamus chartulam. "Dii nobis", legit C. Dexter, "propitii fuerunt. Ad me, in speluncam nostram accurre! Te exspecto. Quam postremum concordēs et felices derelinquemus." Ne uerbum quidem legi in Secundam neque in Taurum crimen afferens. Certe centurio sese id scripsisse confessus est, sed mementote Taurum omnia confessum esse, ardentibus laminis trepalioque propositis. Maximum autem argumentum est in speluncam ducere, ergo in Taurum prope gladium recubantem. Ex quo fit ut omnis res fraus, machina sit. His instrumentis, iudices, longe infirmissimis accusaturi estis Taurum sceleris quod non fecerit.

– Si, inquit Proculus Iulianus præfectus Vrbi, nec Secunda nec Taurus Balbinum interfecerunt, potesne, Gai Tiburti, dicere et adseuerare qui id fecerit?

– Profecto possum, inquit C. Dexter sibi barbulam tractans. Taurum plane innocentem esse minime confirmabo, nisi germanos machinationis auctores confutauero. Cui enim scelus prodest? Id Decimo patrono inquirendum fuisset. Auido enim Thraciæ præsidi Balbino omnium bonorum ruina imminebat, quia Gaii Petronii ac legatorum Perinthiorum actio ei ne minimam quidem spem litis obtinendæ dabat. Inde egestas, inopia, pernicies adulescentis Marci futura. Balbinus pro certo habebat se in commissum casurum atque exilio multaturum esse. In colloquio olim mihi confessus est indecoram uiam ad iudicium effugiendum: fingere se carminibus adstrictum prouinciam maximis tributis pressisse cumque Dinocrate socio Secundæ chirographo uti uelle ut monstraret mulierem, de tætro fraterno parricidio absolutam, quæ tamen perpetrasset, sine dubio incantatricem fuisse. At tamen tali audaciæ parum confidere uidebatur. Præterea, si minutius consideramus, machina sacerdoti Isis proderat. Si res non successerat, Balbinus solus in durum iudicium incurrebat, si res prospere processerat, Balbinus fructum diuidebat cum Dinocrate et plurimis legatis Perinthiis emptis qui iudicio absisterent. Ne plura, si utrum acciderat, Marcus non heres ex asse esse poterat. Is immo uero patris morte iudicii laqueos declinat. Filius enim patris criminum reus non fit. Non solum hæc mors de uiuo nihil detrahit, sed etiam filius illicitarum exactionum fructum carpit, cui non opus est cum Dinocrate partiri neque legatos Perinthios emere. Cui igitur mors Balbini prodest? Vni Marco Metilio Cæciliano, filio et heredi Balbini.

Decimus prétend que l'armée a dressé Taurus à tuer, mais, si cela est vrai, l'armée lui a aussi appris à survivre. Un centurion qui se confie la mission de tuer, ne s'endort pas en attendant qu'on vienne le cueillir. C'est invraisemblable. Il est même si fatigué qu'il en oublie de briquer son glaive. Un soldat ne se couche pas sans avoir rendu ses armes opérationnelles. Mais Taurus est décidément un très mauvais soldat. Il laisse son épée souillée de sang dans son fourreau. C'est contraire à toute discipline. On ne peut y croire. Un indice que ce glaive laisse entrevoir est que l'auteur de cette mise en scène voulait que l'on retrouve une épée ensanglantée. Pas n'importe où et pas n'importe qu'elle épée. Or qu'elle autre preuve nous conduit sûrement vers le lieu de cette découverte capitale, vers la caverne ? Le petit mot que l'on trouve sur Secunda après sa chute fatale.

Voyons donc ce mot. « Les Dieux nous ont exaucés. Viens vite vers moi, hâte-toi vers notre caverne. Je t'y attends. Alors, ensemble et heureux, pour la dernière fois nous la laisserons derrière nous. » Je n'y lis rien qui accuse ni Secunda, ni Taurus. Le centurion a avoué avoir écrit ce mot, mais je vous rappelle que Taurus a tout avoué sous la menace de la torture. Le renseignement essentiel est qu'il conduit à la caverne, donc à Taurus endormi près de son épée. Il s'agit donc bien d'une illusion, d'une machination. Voilà, juges, sur quelles preuves bien fragiles vous alliez accuser Taurus d'un crime qu'il n'a absolument pas commis.

– Mais, Tiburce, si ni Secunda ni Taurus n'ont assassiné Balbinus, fit Proculus Iulianus le préfet de la Ville, peuz-tu nous dire qui l'a fait ? Et le prouver ?

– Evidemment, fit mon maître en caressant sa fine barbe. Je n'aurai pas vraiment prouvé l'innocence de Taurus sans confondre les véritables auteurs de cette machination. A qui profite ce crime ? Voilà la question qu'aurait dû se poser l'avocat Decimus. Le cupide gouverneur de Thrace Balbinus était menacé de perdre toute sa fortune, le procès intenté par Gaius Petronius et l'ambassade des Périnthiens ne lui laissait pas la moindre chance de gagner. Ce qui promettait indigence, ruine et misère pour le jeune Marcus. Balbinus avait toutes les raisons de croire qu'il serait condamné à la confiscation de ses biens et à l'exil. Dans un entretien qu'il eut avec moi, il m'avoua un sombre moyen d'échapper à ce verdict : faire croire qu'il avait surimposé sa province sous l'emprise d'un sortilège. Avec son complice Dinocrate il comptait utiliser la confession écrite de Secunda pour démontrer qu'une femme qui avait été innocentée d'un fratricide horrible, qu'elle avait effectivement perpétré, était certainement une sorcière. Mais il ne semblait pas se faire trop d'illusion sur la force d'un tel coup d'audace.

En outre, à y regarder de plus près, le gagnant de cette combinaison était le prêtre d'Isis. Balbinus si le coup ratait, encourait seul la dureté du verdict, si le coup réussissait, il devait partager les fruits de ses exactions avec Dinocrate et la majorité des ambassadeurs de Périnthe, achetée pour renoncer à le poursuivre en justice. Bref, dans les deux cas Marcus ne pouvait pas hériter de la fortune complète de son père. Alors que la mort du père, libère Marcus d'un procès. On n'accuse pas le fils des crimes du père. Non seulement ce décès n'entame en rien le capital du fils, mais en plus celui-ci recueille le profit des exactions du père. Il élimine tout partage avec Dinocrate, n'a aucun pot-de-vin à verser. A qui profite la mort de Balbinus ? Au seul Marcus Metilio Cæcilianus, fils et héritier de Balbinus.

Turba qui adhuc C. Dextrum adtenderat, cum causæ arguendi Tauri paulatim euanescerent, horroris ac stupefactionis rumores edidit. Dominus demonstratione adulescenti fletum mouit.

– Profecto, inquit C. Dexter, mors patris Marco prodest, sed eumne interfecit? Sicut patronus Decimus non agam. Sine graui argumento incusare non possum neque e prima specie diiudico. Præterea omnia sunt quæ crimine eum liberent. Quod si patrem occidisse uoluisset, non ei hac tenebrosa machina opus fuisset. Nec Taurus nec Secunda ei nocebant. Cum togam uirilem petiuit, Liberalia exspectare uolebat, id est mensem Martium. Heredem fieri non properabat. Tum, uerisimilibus expulsis, uerum fiat! Cum hæ Saturnalia cruenta fucum facerent, tantum rebus ueris confidere oportet. Hæ sunt omnia nefandi casus argumenta. Etenim res erat quo pacto integra bona Marco legitimo heredi traderentur? Est enim rei causa. Quo pacto? Voluntaria morte.

